



Ob. F. II 2744-2747

GREGOR. HORSTI. D.

*Illustriss. Princ. ac Dn.*

Dn. LVDOVICI, LANDGRA-  
vij Hassiæ etc. Archiatri & Professoris  
in Academiâ Giessena Ordinarii.


W. B. CENTVRIA

PROBLEMA-  
TVM MEDICORVM

Σεραπειτικῶν,

IN QVA GRAVISSIMORVM AFFE-  
ctuum cognitio & curatio juxta principia Hip-  
pocratica, Galenica & Spagyrica pul-  
chrè deducitur.

IN GRATIAM CANDIDATORUM  
Medicinæ elaborata, conscripta, & partim in Illustri  
VViteberga Anno MDCVIII. partim in Incl-  
yta Giessâ Anno subsequenti publicè dispu-  
tandi causâ propolita.



*Cum Gratia & Privilegio.*

VVITEBERGÆ

Sumptibus Clementis Bergeri, Typis verò  
Iohann. Schmidt, Anno 1610.

*Ex Libris Simonis Willenbergij*

DZZiS



1958

06. 7. II, 2744





*Ampliss. & Consultiss.*

*Viro,*

**DN. DANIELI LEICHERO,**  
Reipub. Lipsiensis Senatori atq;  
Aedili mario, & Scabinatus Electoralis  
ibidem Assessori Spe-  
ctatiss.

*Domino Cognato suo parentis loco  
colendo. S. P.*



**Q**UOTIES TVORUM beneficiorum in meosq; collatorum recorder, Vir Amplissime & Consultissime cognate, parentis loco colende, toties erubescō, quod convenientibus medijs ad animi grati debitam affectionem declarandam destituar. Et enim si quilibet de amicis benè mereri cupit, multo magis illud ipsum in ijs requiritur, qui nobis non solum amici sed promotores, Mecænates atq; parentes sunt: hic si quem ingratum dixeris, omnia vitia dixe-

PRÆFATIO.

ris. Quocirca cum præsens Medicorum  
 problematum centuria boni publici causa  
 coniunctim prælo subiceretur, eandem  
 nomini tuo sacram esse volui, tam quod  
 non essem nescius, te successis vis horis, ubi  
 per alia gravissima negotia paululum re-  
 spirare licet, eiusmodi rerum lectio de-  
 lectari, quam ut hac ratione tibi meæ ob-  
 servantiæ atq; gratitudinis τεκμηρίον bono-  
 rificum, publicum & perpetuū erigeretur.  
 Quod igitur benemerendi studio charta-  
 ceum offero monumentum, tu letus acci-  
 pe, tuis & Reipubl. diutissimè vive, vale-  
 que. Dabam Giessæ Cattorum Prid. Cal.  
 Febr. Anno M D C X.

Tuæ Ampliæ.

Studiosiss.

Gregor. Horstius D.

*INDEX CONTRO-  
VERSARVM.*

*DECAS I.*

*De Febris.*

*QUESTIONES.*

- I. An balnea convenient in diarijs?
- II. An in Synocho non putri oxymel præbendum?
- III. An in febris putridis vena secanda?
- IV. An Cornu cervi crudum vel præparatum sit præferendum in cura morbi Ungarici?
- V. An in febre ardente potio frigida sit utilis?
- VI. An tempore paroxysmi in exquisita tertiana somnus concedendus?
- VII. An Ablinthij decoctum in tertiana notha conveniat?
- VIII. An Aloës usus præscribendus in Quotidiana febre?
- IX. An Theriaca concedenda in Quartana?
- X. An Hecticis victus contrariarum qualitatum (lac videlicet, quod facilis & cancri fluviatiles qui difficilis sunt concoctionis) præscribendus?

I N D E X

D E C A S II.

*De Capitis Affectibus.*

Q U Æ S T I O N E S.

- I. An dolor capitis vomitu curandus?
- II. An caput ex ebrietate gravatum reiteratâ ebrietate curandum?
- III. An in vertigine vena secanda?
- IV. An in Phrenitide repellentia actu frigida sint adhibenda?
- V. An & quomodo castoreum in Lethargo conveniat?
- VI. An Somnambulonibus conveniant verbera, ubi dormientes ambulat?
- VII. An Apoplectici potius sternutamentis, quam extremorum ligaturis, aut clysteribus acerbis excitandi?
- VIII. An Pâralyfis post colicos dolores subsequens curato nervorum principio curetur?
- IX. An ligni S. decoctum conveniat Epilepticis?
- X. An Medicus rationalis in curatione Melancholicorum usum characterum, & administrationes ridiculas concedere debeat?

D E C A S III.

*no Affectio*

*cum.*

## CONTROVERSIARVM.

- I. An in Ophthalmia tandem ad fetaceum accedendum, & num occipitium instrumēto ignito vel frigido pertundendum?
- II. An & qua ratione sanguis columbarum, fugillationem oculorum corrigat?
- III. An suffusio oculorum per vomitionem curanda sit?
- IV. An depravatus auditus mulieribus post partum adveniēns eandem requirat curā cum illo, qui fit in convalescentibus?
- V. An semen Nigellæ manifestis vel occultis qualitatibus corrigat olfactus læsionem in coryza?
- VI. An vehemens hæmorrhagia narium per jecoris epithemata corrigi possit?
- VII. An & quomodo Nicotiana vera catharro vel coryzæ conveniat?
- VIII. An & qua ratione mucilago seminis cydoniorum linguæ nigredinem ex inflammatione corrigat?
- IX. An dolor gravissimum tactus symptoma propriè calidis & humidis leniatur?
- X. An dolor arthriticus venæsectionem indicet?

### DECAS IV.

*De Morbis quibusdam organorum vocis,  
& respirationis.*

#### QVÆSTIONES.

- I. An ancyglosis, qui vix loqui possunt, sectione succurrendum?

## INDEX

- II. An vocis asperitas aceto scillitico corrigenda sit?
- III. An frequens usus eclegmatum cōveniat in tulli?
- IV. An venæsectio tentanda in principio Anginæ?
- V. An Asthmaticis vomitus proffit?
- VI. An hæmorrhagia narium conveniat in peripneumonia?
- VII. An & quomodo pleuriticis vena secāda?
- VIII. An mulieribus sputo sanguinis laborantibus mentes movendi?
- IX. An saccharum rosarum conveniat phthi sicis?
- X. An lateris incisio in empyemate tentanda?

## DE GAS V.

*De quibusdam cordis & ventriculi affectibus.*

### QVÆSTIONES.

- I. An acetum rosaceum in omni syncope conveniat & obiter, quæ aceti natura?
- II. An calida cordis intemperies semper refrigerantia indicet?
- III. An in cordis palpitatione venæsectio conveniat?
- IV. An cordis palpitatio per consensum ab utero orta cordialibus communibus corrigenda?

CONTROVERSIARVM.

- V. An vulnus circa cordis regionem thoraci  
infiictum, statim ut alia vulnera con-  
solidandum?
- VI. An in cholera vomitoria præscribenda?
- VII. An & quomodo spiritus vitrioli deje-  
ctam appetentiam corrigat, & obi-  
ter, num homo per annos aliquot  
absquè cibo & potu vivere queat?
- VIII. An & quo tempore in appetitu canino  
vinum exhibendum?
- IX. An vehemens fitis oxycrato ebibito  
corrigenda?
- X. An in ventriculi inflammatione phlebo-  
tomia conveniat.

DECAS VI.

*De moribus quibusdam intestinorum, me-  
senterii & omenti.*

QVÆSTIONES.

- I. An spiritus salis conveniat in colicis dolo-  
ribus?
- II. An vinum conveniat in dolore Iliaco?
- III. Num aliquando venæsectio tentanda in  
diarrhæa?
- IV. Vtrum lac in lienteria concedendum?
- V. An Dysentericis internus ceræ usus con-  
veniat?
- VI. An in tenesmo interdum purgandum?
- VII. Num ijs, qui vermibus intestinorum  
labuntur, dulcia concedenda?

I N D E X

- VIII. An diuturnus Hæmorrhoidum fluxus  
constringendus?
- IX. An mesenterij obstructio Melancholi-  
am hypochondriacam generet?
- X. An tumor omenti curabilis?

DECAS VII.

*De quibusdam jecoris & lienis affe-  
ctibus.*

QVÆSTIONES.

- I. An hepaticis frigidis conveniant amygda-  
læ & pistacia?
- II. Num in jecoris & lienis obstructione  
ferri & chalybis usus conveniat?
- III. Num in inflammatione jecoris purgan-  
tia cum cibis miscenda?
- IV. An Vomica jecoris extrinsecus aperiri  
possit?
- V. Num in cætero flavo bilis purganda?
- VI. An lèterus niger eandem cum Scorbutu  
curationem habeat?
- VII. An hydrops calefacientibus curetur?
- VIII. Num in ascite *παρασπλιτικής* tentan-  
da?
- IX. An in lienis obstructionibus diuretic  
medicamenta præscribenda?
- X. An



CONTROVERSIARVM.

X. An lienosis usus aceti conveniat?

DECAS VIII.

*De renum & vesicae dispositioni-  
bus prater natu-  
ram.*

QVÆSTIONES.

I. An in calculo renum spiritus Terebinthi-  
næ conveniens?

II. Quænam venæ in inflammatione renum  
secundæ?

III. An lactis usus in exulceratione renum  
præscribendus?

IV. An succini Sal & Oleum præscriben-  
dum in renum viscidis obstructio-  
nibus?

V. An propriè dicta diuretica ad calculum  
vesicæ frangendum adhibenda?

VI. An urinæ stillicidium per aromatica as-  
sumpta corrigendum?

VII. An guttur galli crematum & pulverifa-  
tum proprietate quadam occulta sa-  
net immictionem?

VIII. An & quomodo oleum Scorpionum  
inunctum conveniat in Ischu-  
ria?

IX. An

I N D E X.

- IX. An in frigida Dysuria convenient diuretica ?
- X. An in inflammatione vesicæ cucurbitula cum scarificatione pubi affingenda ?

DECAS IX.

*De quibusdam affectionibus muliebribus*

*QVÆSTIONES.*

- I. An & quomodo in suppressione menstruorum vena secanda ?
- II. An opiate narcotica convenient in fluxu mensium nimio ?
- III. An in uteri suffocatione sanguis mittendus ?
- IV. An vinum hystericis conveniat ?
- V. An Tartarum vitriolatum conveniat in morbo virgineo ?
- VI. An pica prægnantium eodem modo curetur ut in alijs ?
- VII. An mulier utero gerens acuto morbo correpta purganda sit ?

VIII. An

CONTROVERSIARVM.

- VIII. An prægnantibus vena scanda?  
IX. An prægnanti graviter decumbenti liceat abortum provocare?  
X. An mola laborantibus exercitium conveniat?

DECAS VLTIMA.

*De quibusdam contagiosis & malignis Affectibus.*

QVÆSTIONES.

- I. An peste correptis purgans medicamentum præscribendum?  
II. An morsus canis rabidi templo Divo Dononi, vel Sacello Divi Bellini sanetur?  
III. An lue venerea correptis conveniat sanguinis missio?  
IV. An caro viperina conducat Elephantiasi?  
V. An excretorum diligens ad occultiora loca remotio tempore dysentericæ pestilentialis sit necessaria?  
VI. An in sudore Anglico sal Absynthij conveniat?

VII. An

INDEX CONTROVERS.

- VII. An spasmus pestilentialis eandem cum  
Scorbuto curationem habeat?
- VIII. An Scorpionum ictus respectu simili-  
tudinis inuncto Scorpionum oleo  
curetur?
- IX. An amuletum ex arsenico præservet ab  
infectione pestifera?
- X. An Carbunculus eandem cum Gangræ-  
na curationem habeat? &



Ad

Ad lectorem benevolum

Autor,



*N!* amice Lector,  
summos controversiarum  
titulos enumeravimus, ubi  
non solum principalis quaestio-  
nis decisionem invenies,  
sed plerumq; simul quoq;  
declarationem atq; explanationem eorum ha-  
bebis, quae ad utriusq; extremi cognitionem  
faciunt. Cum enim superioribus annis in  
Academia VVitebergensi celeberrima, con-  
sensu & autoritate Amplissima Facultatis  
Medicae in gratiam Candidatorum Medicis  
na publicum Disputationum collegium insti-  
tuendum esset, eò allaborandum esse duxi,  
ut unâ ~~con~~ simul aliquot affectuum gra-  
vissimorum tam quo ad cognitionem, quam  
quo ad curationem inquisitio & examen insti-  
tueretur. Hanc ob causam compendiosâ quâ-  
dam viâ singulares has quaestiones de singu-  
laribus morbis conscribere voluimus, quas  
quo ad quinq; priores Decades VVitebergae,  
quo ad posteriores hic in Academia novâ Gies-  
senâ

Ad Lectorem.

senâ Studiosa Iuventuti disputando proposuimus. Hoc est, amice Lector, quod tibi praecognitum esse cupio, ne, quam exercitij & disputandi gratiâ conscriptam problematum Centuriam, suâsu Doctissimorum virorum cōiunctim editam esse vides, eâ intentione publici juris factum esse putes, ut instar absolutissimi cuiusdam operis omnibus placere debeat: Interim si quodammodo tua spei satisfacimus, nobis gratulamur: Sin minus, eoque quum expectamus iudicium, quia fieri non potest ut unus omnibus satisfaciat. Des igitur veniam nostris erratis humanitus accidentibus, ut tuis eandem à nobis etiam impetrare possis. Vale & favore tuo conatibus nostris ad altiora tentanda calcar adde.

Raptim Giesâ in Musæo nostro prid.

Cal. Febr. Anno

MDCX.

GREGOR. HORSTI, D.  
Centuria

PROBLEMATVM

Medicorum *Δογματικῶν.*

PARS PRIOR

*Continens quinque Decades in Aca-*  
*demiâ VVittebergensi primum ela-*  
*boratas & propositas.*

Σὺν Διῶ

DECAS PRIMA

Ad præcipuarum Februm cog-  
nitionem & curam inser-  
vicens,

RESPONDENTE

MARTINO WALTHERO  
Monsterbergâ Silesiâ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



Vemadmodum præ res  
liquis morbis Febrî potissi-  
mum Romanos veteres tem-  
plum erexisse post Plinium re-  
petit Mercurialis lib. 7. pract.  
cap. 1. fortè, quod affectus hic  
frequentissimus, totique corpori communis,  
utpote quo non tantum vitalis, nec etiam so-  
lummodo naturalis actio, sed omnes totius  
functiones afficiuntur, interveniente læsione

A

et alioris

caloris nativi, communissimi omnium instrumenti: Ita non videtur inconueniens de febribus cognoscendis & curandis peculiarem *ΠΥΡΑΞΙΩΝ* præ reliquis affectionibus instituire, & certis quaestionibus ea quæ in varijs febrium differentijs controversa sunt examini medico subicere. Ut autem Aesclepiadeis mancipiis de cognitione & curâ variarum febrium ansam differendi præbeamus, ideo consequenter in specie hoc modo progredimur.

### QVÆSTIO I.

#### *An balnea conueniant in diarijs?*

Febris  
quid.

I. *Febris, ὡς πυρὰς* græcè, calor præternaturam in corde accensus rectissime dicitur Galeno 1. de diff. febr. c. 3. unde ad intemperiem calidam tanquam ad summum genus ab eodem lib. de morb. diff. c. 5. refertur. Prout autem hic calor in igneum mutatus, secundum Galen. lib. 4. aphor. comm. 14. & 1. de ration. vict. acut. comm. ad 12. Aphor. originem suam vel à spirituum accensione, vel ab humoribus putrescentibus, vel à solidis partibus ex calfactis sibi vindicat, ita quoque febris alia diaria est, alia putrida, alia hectica, quæ differentia Galen. 1. de diff. febr. c. 1. maxime propria dicitur, quatenus desumitur à diversitate cause proximæ antecedentis, cuius varietas, ipsas quoque curativas indicationes variat.



II. De prima differentia, nimirum de diariis, sic dicitur quod diem naturalem vix excedant, jam queritur, num in ijs curandis balneorum usus conveniat? Ut autem huic problemati satisfiat, notandum, diariam ephemeram febrem ab accensione & calefactione spirituum præter naturam fieri, quæ non ab una solum, sed variis causis excitari potest, quemadmodum experientia edocuit Galenus l. 1. de arte curat. docet, nimirum ex lassitudine totius, ex constipatione cutis, ex vehementibus animi commotionibus, ex vigiliis, ex inania, ex vini meraciori potu, ex uestione solis, ex adenum vel glandularum tumoribus, aliisque similibus, ad inflammationem & effervescentiam spirituum facientibus. Hæ causæ antecedentes diversæ necessario diversas intentiones curativas generant, unde dubitatur, quomodo Galenus l. 1. de arte curat. c. 2. & Avicenna. Can. 4. fen. 1. tract. 1. c. 6. cum aliis omnes diarias balnei curari asserant.

Diaria febris generatio.

III. Pro resolutione subijciendum, quod balneum aquæ dulcis, cuius apud veteres splendidissimi erant apparatus, ut patet ex Langio l. 1. Epist. 50. consideretur respectu partium diversarum, quarum Galenus l. 10. Meth. c. 10. quatuor enumerat, nimirum aërem balnei, cuius vi sudor evocatur, solum

Questionis resolutio.

Balnei diversæ partēs.

aque calide, solium frigide, & eam partem in qua corporis sudor detergitur.

IV. Respectu harum diversarum balnei partium variis ephemerarū causis diversimodè succurritur: Sic aër balnei convenit ijs diarris, quæ sunt ex cutis densitate, aut meatuum obstructione & ex adenum tumoribus, utpote cuius beneficio foras evocantur calida expirationes per pororum apertionem: At noxius idem est diarris ex animi commotionibus, ex lassitudine, ex fervore solis & similibus. Secunda pars balnei tutior est in omni ephemerâ, quatenus respectu caloris moderati aquæ calefacta humectat & calorem febrilem corrigit. At tertia pars, nimirum solium frigide, cautè concedatur, (ne cutis constipata fervor spirituum magis intendatur) & hoc modo consequenter hecica vel putrida excitetur. Quarta verò nulli non convenire potest, cum in omni sudoris deterfione, corporisq; mundificatione opus sit.

Cautio.

V. Sed nota est Foresto lib. 1. obser. 6. quod hæc præcedant de ephemerâ, quatenus talis: Vbi enim internæ obstructiones, cruditates, nausæ, catarrhi, alviq; fluxus cum ejusmodi febribus concurrunt, à balneo abstinendum, quemadmodum hoc quoq; monet Avicenna citat. loco cap. 9. atque ita diverso modo profunt & nocent, ut verum sit quod ai-  
entur.

Balnea, Vina, Venus corrumpunt corpora nostra, (Venus.

Restituunt eadem Balnea, Vina,

QVÆSTIO II.

*An in Synocha non putri oxymel  
præbendum?*

I. Ad febres diarias referunt quoque Principes auctores febrem paucorum dierum, quæ oritur ex sanguinis effervescencia sine putredine, quam synocham non putrem, Barbari synocham inflatam vocant. Cum enim sanguis p. n. effervescere incipit, non statim putrescit, sed aliquandiu, quatenus nature thesaurus est, copiosaque calore nativo gubernatur, a corruptione putrefactionis sese vindicare nititur (Mercurialis lib. 5 præct.) quod de reliquis humoribus, vix etiam affirmare possumus, quam ob causam talem quoque diariam ex bilis concitatione sine putredine, quod voluit. Fernelius l. 4. pathol. c. 4. non concedimus, cum biliosa corpora ex sola bilis commotione non febricitent, ut patet in Ictericis.

Cur sanguis non statim putrescat.

II. Quaritur autem num etiam in hac febre sanguinea oxymelitis usus conveniat? Affirmat Galenus l. 8. m. c. 4. idque non sine ratione, propterea, quod post modicam evacuationem pharmacum ex his quæ detergeant, exhibendum sit, quale est oxymel, quod febres non accendit, strenuè tamen detergit, sic, ut ea, quæ glutinosa crassaque sunt, dissolvat & meatus obstructos liberet. A 2 Non

Affirmatur questio.

Cur non  
mellis ca-  
liditas.

III. Non enim hic admodum mellis caliditas timenda, cuius causa Alexander Trallianus l. 12. cap. 10. calidioribus naturis oxymellis usum penitus non concedit, cum eadem, qualis qualis etiam sit, aceti vitriolata qualitate corrigatur, & aqua adjectione per coctionem temperetur, ita, ut omnibus naturis reddatur medicamentum utilissimum, ut inquit Oribasius l. 5. Coll. med. c. 24. quatenus scilicet detergendum est & incidendum, que intentio in hac febre requiritur, pro ut sanguis ex obstructionibus incipientibus incalcescat.

IV. Huius usus, ut veteribus fuit frequentissimus, quemadmodum variæ oxymelitem compositiones, omni serè intentioni curative convenientes, apud Galenum, Aëtium, Oribasium & alios legimus, ita & hodiè optandum, ut loco communium Sympliciorum, ex nimia sacchari copia constantium, vicissim varia oxymellis genera nostris ægris propinarentur, quod sorte majori cum utilitate & iucunditate fieret, ut rectè monet inter recentiores Quercetanus in Pharmacop. dogm. c. 10. propterea quod mel purius ac defæcatum magis saccharo, utpote quod sua dulcedine incorrecta facile in bilem convertitur, & glutinosa sua qualitate viscerum obfeructibus ansam præbet, quod vel unice pa-

Mel sac-  
charo præ-  
parandum.

et ex morbis septentrionalium scorbuticis, quibus saccharatū illū syrupū magis nocemus, quā ut humores impactos illorum beneficia preparemus.

QVÆSTIO III.

An in febris putridis Vena secanda?

I. Quamvis Laur. Job. l. 2. parad. 2 cum Contra Io-  
 Simonio ex putrescentibus humorib. nullas fe-  
 bres salubres oriri posse statuat, ita ut febres  
 communiter putridæ dictæ non tam propter  
 humorū putrefactionem, quā eorundem ser-  
 vorem generentur, unde rectius humorales dicī  
 statuit: non tamen sufficiens adesse videtur  
 ratio ut ab ea sententia veterum discedamus,  
 qua ponitur, quod febres quædam ex putre-  
 scentibus humoribus nascantur, propterea  
 quod humores mixta quoq; sint corpora, talī  
 aptitudine prædita, ut per alterationem putre-  
 fieri possint, quemadmodum præter alia satis  
 superq; sæpius solet eorum, quæ naturali vel  
 artificiali necessaria excretionē evacuatur,  
 comprobat. Imò si sensus comprobat, quod in  
 abscessibus variis modis humores putrescant,  
 quod ex varietate puri colligitur, absurdum  
 non erit in ipsis quoq; vasis aut visceribus simi-  
 le quiddam accidere posse.

II. Notandum tamen, quod his potissi-  
 mam

Qualis pu-  
 trede con-

veniat hu-  
moribus.

mum putredo  $\kappa\lambda\mu\iota\varsigma$  & locum habeat, unde communiter potius ex putrescentibus, quam ex putridis humoribus hosce morbos oriri dicimus, quod scilicet non totus humor sit putrefactus, cum alias homo non viveret, sed quod putrescere incipiat.

Affirma-  
tur quæ-  
stio.

III. Num autem ejusmodi putridis febr. per venę sectionem succurratur dubium est? Affirmat quidem Galenus l. ii. m. m. c. 15. Vbi inquit, optimum esse in omni putrida febr. sanguinem mittere, nisi impediatur vel ætas vel virtus: rationem addit, quod levata natura exonerataq; eo, quo veluti sarcinam premitur, haud agere, quod reliquum est, vincat. Idem quoq; vult Aëtius 2. terrabib. serm. i. c. 75. alijq; principes. Cum n. per venę sectionem corpus refrigeretur, & sanguis qui rationem cause morbificę habet in his febr. partialiter educatur, ut habet Capivacc. l. 6. de febr. c. 16. ideo merito conceditur, modo non adsit insigne quoddam impedimentum, quod etiam Galenus diligenter innuit.

An ad ani-  
mi defe-  
ctum us-  
que san-  
guis edu-  
cendus?

IV. An autem ad animi defectum usq; san-  
guis audacter educendus, quod Galenus, Aëtius, Aegineta & alij concedunt, admodum dubium est, cum ejusmodi evacuatio cum gravi periculo videatur esse conjuncta. Nota tamen, quod alius animi defectus sit syncope, ubi gravi omnium virium lapsus cum sensus motusq; lesione

lesione accidit, alius etiam est lipothymia, vel animi deliquium, ubi subitus quoque levior tamen virium lapsus adest, syncopen plerumque praecedens, ut patet ex Galeno l. 1. art. curat. c. 14. & l. 12. m. m. c. 5. Non ad priorem, sed ad posteriorem animi defectum usque sanguinem evacuando procedebant veteres; nec sine cautione, sed signa deliquij instantis, per mutationem coloris faciei ac pulsus diligenter observabant, usque presentibus evacuationem ulterius non protraherant. Sed cum tantae evacuationes nostris corporibus non accommodatae, idcirco confusius est in defectu, quam excessu peccare, ita ut illud, quod deest, reiteratis vicibus compleatur: non enim eiusmodi audax vena sectio tantum habet commodi, quantum periculi. Rondoletius c. de synoch. Forestus l. 1. obser. 20.

#### QVÆSTIO IV.

*An Cornu Cervi crudum vel preparatum sit preferendum in cura morbi ungerici?*

I. *Vsus cervini cornu tempore Galeni non omnino nullus erat, quemadmodum patet l. 11. de simpl. med. facul. §. Cornua, ubi additur, quod cornua cervina dentes candidos reddant, fluidasque gingivas corrigant; imò*

*Vsus cornu cervini apud veteres.*

eadem usque & lota dysentericis, hæmorrhoidibus, cæliaciis & aliis conveniant. Idem habetur lib. de theriaca ad Pisonem cap. 9. ex quibus locum illud ipsum quoque reperere voluit Æginetâ de re med. lib. 7. cap. 3.

Vfus nobi-  
lior hodi-  
ernus.

II. Præter hæc operationes, quæ maximè ratione virtutis exicantur proveniunt, alias longè nobiliores cornu cervinum virtutes obtinet, quæ ad effectum, nulli non hodie cognitæ, nimirum quod insigniter viscositatem humorum incidat, internas viscerum obstructions aperiat, & vi sua penetrandi putrescentibus humoribus resistat, adeoque balsamica quædam virtute malignitatem humorum corrigat, unde Joberto quoque tract. de peste cap. 18. maximè cardiacum dicitur, quod præbat felicissimus successus in variolis, morbillis, aliisque morbis putredinem humorum præsupponentibus, & potissimum in feбри illa maligna quæ hæc veteribus, hodiè ungarica dicitur, propterea quod durantibus hæcenus bellicis apparatus in ungaria contra Turcos milites nostros frequenter invaserit, plurimosque è medio sustulerit.

Kaũs & veterum  
hodierna  
febris Un-  
garica.

Cornu cer-  
vini effica-  
cia in ma-  
lignis & pu-  
trida.

III. In his enim affectibus iusta evacuatione præmissa, cum magno successu & audacter Cornu cervinum præbetur, idque propterea, quod illud ipsum ratione copiosi sui salis atque interni balsami putridis & malignis hu-  
moribus



moribus resistat, & verum natura balsamum  
omni operationi vitalis auctorem consortet,  
ut hosti suo repugnare & malignitatem eo-  
tus superare queat.

IV. Quis enim nobilissimis hinc effectibus  
consideratum Paræol. l. 20. c. 29. solam vini Idem co-  
exiccandi tantum in cornu cervino laudabit, piofo sale  
cum & liquorem in peste non contemnendum, abundare,  
ac duplex sal volatile & fixum in eo facillimè  
Spagyricum diligens deprehendere queat? quis  
cervinum cornu tanquam terreum excremen-  
tum tantum considerabit, ut cum Cardano l.  
10. de subtil. affirmet solius ornatus gratia,  
quemadmodum barba hominibus, sic Cervi  
cornua facta esse, cum videamus singulis annis  
ad tantam magnitudinē eadem excreescere, &  
quotannis augmento adhuc quocūq; ferè deijci?

V. Hæc sanè non aliunde, quàm à copio-  
so sale vegetabili deducere possumus, cuius vir-  
tute quotannis in tantam molem excreescunt,  
& cum sancre deijciuntur: tanta enim hu-  
jus virtutes sunt in conservando & generan- Salis vir-  
do, ut non solum homo quotidianum salis com- tutes,  
muniis usum instar optimi condimenti ad-  
hibeat, sed etiam bruta irrationalia tanto-  
perè naturali instinctu illud ipsum appe-  
tant, & vel ex rudibus antiquissimis ex-  
hauriant ac lingua lingant, vel ex locis fœ-  
culentis, urinosi, nitrosi atq; aluminosis  
curiosè

curiosè perquirant, ut in columbâ, alijsq; avi-  
 bus apparet. Quercetan. de mat. princ.  
 Philos. Adde quod nulla re magis luxuri-  
 ent arva, quàm cornuum in ipsis putrefacto-  
 rum ac digestorum adiposo sale, ut idem habet  
 in descensive Hermet. Med. c. 20. Imò & ipsum  
 mare salsum hoc indicat tantâ tamq; variâ a-  
 nimalium generatione & conservatione, quod  
 veteres voluerunt, ubi venerem omnium gene-  
 rationis matrem ex spuma maris productam,  
 adeoq; ἀλιγενῆ dixerunt, unde Erasmo Sali-  
 gena, Virgilio nata salo Venus vocatur.

Cur Ve-  
 nus ἀλι-  
 γενῆ di-  
 catur?

VII. Hinc præmissis ad decisionem proble-  
 matis perveniendum, num sci: in malignis  
 & putridis febribus crudum cornu cer-  
 vinum raspatum videlicet, & læviga-  
 tum, potius quam præparatum per cal-  
 cinationem usurpandum sit? prius vul-  
 gu serè statuit: nihil enim matronis nobili-  
 bus, alijsq; medicastris mulieribus frequentius  
 quam in variolis, morbillis, febribusq; arden-  
 tibus crudum cornu raspatum cum adæqua-  
 tis liquoribus propinare. Quod etiam absque  
 ratione fieri non videtur hjs, qui dicta recol-  
 ligunt, & ea quæ crudo inesse diximus per-  
 pendunt, utpote cum verisimile sit virtutem  
 Balsamicam & sal utrumq; copiosius inesse  
 crudo, quam illo quod per calcinationem præ-  
 paratum est.

Probatur  
 prior que-  
 stionis  
 pars.

VIII. Sed

VIII. Sed posterius usus Medicorum comprobavit, convenientius videlicet calcinatum & preparatum adhiberi, cum crudum propinatum frequenter eodem modo, ut fuit ebibitum, per alvum sine omni alteratione reddatur. In proptu ratio est, propterea quod spiritinosa substantia omni actionis causa, per faculentam materiam additam, colligata impediatur, quo minus virtutes suas exercere possit, ita ut in crudo vis illa quasi sepulta jaceat: imo sal etiam balsami sui vires exercere nequit, nisi terrestribus suis vinculis expediatur. Quæcetan. in in tetrade c. 18.

Probatur posterior quæstionis prius?

IX. Expeditur autem per veram calcinationem, qua primum gradum transmutationis spagyricæ constituit, & est rei per ignem purificatio, seu pulverisatio ex privatione humiditatu partes consolidantiu, quemadmodum ex Gebro describit Albertus Magn. lib. de Alchymia, Pantheus Venetus l. transmut. metal. & alij: Atq; hic verè accidit, quod Hermetici dicunt, nimirum ut sulphureitas descedans & corrumpens combustionem deleatur, quemadmodum ex fætoze primi liquoris colligitur. Quod ipse quoq; Galenus non nescivit, qui plerq; metallica sine calcinatione ad usum medicum non admisit, ut patet ex 9. simpl. Med.

Calcinatio quid.

X. Nec obstat, quod hac operatione sal volatile copiosum sublimetur, unà cum liquore, quem

Instantia r: solitur.

quem supra commendavimus: remanet enim præterea copiosum sal proprium & fixum, cuius ratione rei balsamica qualitas etiam post calcinationem remanere dicitur, in quo firmissime tinctura ac impressiones proprietatum rei calcinata, experientia teste, delitescere videmus. Et hoc est quod Philosophi humidum primigenium post calcinationem quoque remanere volunt, quemadmodum Quercetanus in Tetrad. lib. contra Aubert. & alibi innuit.

XI. Cum igitur vii illa diaphoretica, que propter salem fixum inest huic remedio, una cum alijs qualitatibus ab impedimentis suis post calcinationem & preparationem maxime liberata sit: Ideo concludimus magis conveniens esse cornu cervi ustum & preparatum, quam crudum: Imò tam tutum & jucundum in gravissimis quoque morbis hoc medicamentum est, ut omni ætati, ipsis etiam recens natis commodissime, necessitate urgente, præbeatur.

#### QVÆSTIO V.

*An in febre ardente potio frigida sit utilis?*

Negativa  
questio  
nis.

I. Negativa pars questionis sui ratio-  
nibus non penitus destituta videtur: verum  
nim illud apparet,

Vina bibant homines, animantia cætera fove-  
Abiit ab humano pectore potus aquæ. (tent

NAM

Nam Galenus l. 7. m. m. c. 6. ex aqua frigiditate deducta, quod in praecordijs moretur diutissime, fluxiones & flatus excitet, ventriculi robur resolvat, atq; ita coctionu atq; digestionis impedimentum sit.

II. Contra alijs sortis affirmativa placeat, tum quod refrigerando fervoris aestum lenire, tum etiam quod vapores ad caput exhalantes, ibidemq; cephalalgia, delirijq; generationem producentes, reprimere valeat. Hinc

Avicenna l. 4. fen. 1. tract. 2. c. 43. ad satietatem usq; frigida potum in Casone concedit, modo non impedimentum aliquod adsit.

III. Quod ut melius pateat, notandum pro decisione controversa, quod tempora morborum distinguenda sint: non enim consentimus cum illis, qui nullo non tempore frigidam exhibent, cum in initio humores attenuari atq; digeri prohibeat, & ita majorum symptomatum causa sit. Quod si signa coctionis apparere incipiant, cum fructu frigidam porrigimus, utpotè cum tunc temporis materia morbifica potissimum absumpta pro extinguendis fervoris reliquiis admodum inserviat.

Decisio  
controversa  
sua.

IV. Hinc Aëtius tetrab. 2. serm. 1. cap. 72. inquit, ad frigidam exhibitionem devonendum esse, ex alia prescriptione facta, quantum ex ipsa fieri possit detrimentum: nam si hoc parvam vel omnino nullum futurum est,

est, danda est in potu frigida, quantum aeger voluerit. Tunc autem dandam esse dicitur, quando in urinis concoctionis signa apparuerint. Atq; hoc modo opportuno tempore data frigida solidarum partium naturam corroborat, que corroborata præcarnuatos humores aggreditur, ut bonos quidem derineat, inutiles vero deiciat. Conciliat. diff. 71. Coniunge Capivacc. l. 6. de febribus c. 33. & Forest. l. 1. obser. 13.

Nota cautelam.

V. In consuetu tamen non negamus, quod etiam in principio dari possit frigida, præsertim cum consuetudo natura altera. Sed hic opus est ut ea addantur, que putredini resistere atq; incidendo ac penetrando adjuvare queant, ut sunt Cornu Cervi ustum & præparatū, quemadmodum patet ex præcedenti questione. Vitrioli Spiritus, utpote qui Heurnio teste l. 1. meth. alijs liquoribus permixtus stomachum roborat, aperit, putredinem arceat, infarctos renes expurgat, pestiferisq; febribus dulce præsidium est, unde etiam Jordano tract. 1. de pestis phænomen. c. 9. in pestis contagio convenientissimum remedium iudicatur: item Sal prunellæ aliàs anodynum minerale Chymicorum, nitram videlicet cum floribus sulphuris præparatum, quam compositionem docet Quercetanus in pharmacop. dogm. cap. 25. alijsq; similia.

Q V Æ.

## QVÆSTIO VI.

*An tempore Paroxyfmi in exquisita  
tertiana fonnus conce-  
dendus ?*

I. Ex putrefcentibus humoribus non folùm  
continua, fed etiam intermittentes oriuntur fe-  
bres, pro diverfitate & peculiari humorum  
proprietae diverfe, ita ut alie quotidie, alie  
tertia, alie quarta die frequenter homines af-  
fligant, quæ periodicæ invafiones iisdem conve-  
niunt, propterea quod materia putrefcens in lo-  
cis à corde remotioribus, peiffimùm verò in vi-  
fceribus τὰς δευτέρους δαμάει & fecundum  
Fernelium certis tantum temporibus commo-  
veatur, & fuligines fervidas fonti caloris trans-  
mittat, quibus perdurantibus paroxyfmus quoq;  
febrilis perdurat. Anton. de gradibus tract.  
de febr. c. 10.

Generatio  
februm  
intermit-  
tentium.

II. Inter has febres intermittentes efl et-  
iam tertiana exquisita τριταῖ & ἀγρίβις,  
quæ ex flavabile putrefcente in locis à corde re-  
motioribus oritur, fecundum naturam humo-  
ru propriam; ut inquit Bachanellus l. de  
conf. med. f. 836. & rectè curata feptem  
circuitibus vel ante judicatur, ut habet Gale-  
nius lib. 1. de diff. febr. cap. 3. & Hippoc. 4.  
aph. 59.

Tertiana  
exquisita  
quid.

III. De hac ipfa febre quaritur, num et-  
iam in eius paroxyfmo fonnus conveniat? forte



*affirmativa probabilis videbitur, propterea quod somnus sit recreator corporum & redintegrator virium, ut habet Tertullianus lib. an. c. 45. Imò quod etiam melioris concoctionis author dicatur, quod rectè communiter statuitur ex sententia Medicorum & Philosophorum contra Jobertum decad. 1. parad. 8. quemadmodum videre licet in nostro lib. 2. de an. Exerc. 2. §. 9. At vero tempore paroxysmi requiritur virtus intensa & fortior, ut pote cum tunc temporis materia peccans commota attenuanda, resolvenda ac discutienda sit, ut eadem hoc modo tandem assumptâ paroxysmi finis excitus subsequatur.*

Negativa  
probat. r.

IV. Verum negativa potius statuenda, quod monet Fuchsius de med. morb. lib. 4. cap. 6. quia non dormiendum, sed vigilandum potius est in ipsa accessione, propterea quod sanguis & spiritus, adeoque calor natus versus interiora per somnum moveatur, qui tamen motus contrarius est illi, quo virtus naturalis in paroxysmo materiâ discutere & ad exteriora transferre conatur: concentratus enim calor per se ipsum internam humorum effervescentiam majorem, adeoque febrem vehementiorem efficere potest. Finita tamen accessione somnus non improbat, ubi postea debilitatis viribus per morbi & natura pugnam egregie succurrit, & ut Poëta verbis utar,

zgorum



agrorum corpora duris

Festa ministeriis mulcet, reparatque la-  
bore.

QVÆSTIO VII.

*An Absinthij decoctum in tertiana  
notha conveniat?*

I. Præter tertianam febrem exquisitam Notha  
datur & alia, quam notham vocant, ex bile tertiana  
cum pituitosis humoribus permixta, proveniens, quid.  
in qua tardior est concoctio, unde priore multo  
diuturnior est.

I I. De hac febre queritur, num in ea  
conveniat decoctum Absinthij? Affirmat  
Avicenna lib. 4. fen. 1. tract. 2. c. 40. ubi in-  
quit: post septimum adhibeatur decoctio absin-  
thij: est enim jvativa; subtiliativa materiei  
& confortativa stomachi. Affirm.  
questio.

III. Contra Galenus l. 1. de arte curat.  
c. 3. in exquisita tertiana illud ipsum præscri-  
bit, ubi dicit, quod si coctionis signa monstrantur,  
jam audacter aliquid absinthij exhibebis, quod  
alioquin summum est remedium, ubi bilis in-  
staverit, si præsertim ex ejus coma, quantum sit  
satu, accipiens melicrato intinxeris. Hinc Alex-  
ander Trallian, lib. 12. cap. 6. miratur, quod  
Galenus indistinctè scripserit confundendo ca-  
ram nothæ & exquisitæ tertianæ, propterea, quod  
remedium illud potius in illâ, quam in hac febre  
convenire videatur. Neg.

Resolvitur  
quæstio.

IV. *Ceterum pro decisione dicimus, quod Absinthio secundum Galenum 6. simpl. Diosc. L3. Paul. Agine. l. 7. cap. 3. & alios vis insit, ut vitiosos è ventriculo humores per alvum & urinas ducat, quare concocta jam bile non alio praesidio opus est, quam quod expurget, praesertim cum vi sua astrictioni ventriculo quoque & visceribus robur addat.*

V. *Quamvis igitur quod Interpretes Avicennæ Mongius & Costæus addant, ac redimic ratione febrilem calorem, siccitatemve accendere huius usus posset non tamen si semel eius dilutum exhibeas, quicquam lædes. Vnde rectè Galenus observat diem septimum, hoc est, apparentem concoctionem, ubi absinthium velut expurgatorium pharmacum semel in exquisita offert. Alexander vero frequentem usum in tertiana notha tantum cum Avicenna approbat.*

### QUÆSTIO VIII.

*Num Aloës usus praescribendus  
in Quotidiana fe-  
bre?*

An detur  
quotidia-  
na?

I. *Plurimi recentiorum dubitant, num præter tertianam duplicem & Quartanam triplicem alia hodie detur febris quotidie recurrens, quam veteres Quotidianam dixerunt, ex phleg-*

phlegmatici humoris putrefactione generatam, ut patet ex Platero tract. de dolorib. c. 2.

II. Etsi verò tam frequens hæc febris esse nequeat, quemadmodum innuit Forestus l. 3. de febr. obs. 20. cum Fernelio l. 4. pathol. c. 12. propterea quod materia pituitosa præ reliquis humoribus non admodum ad putrefactionem habili videatur: interdum tamen tandem dari verisimile est, quod ex ipsius symptomatibus à tertiana & quartana proprietatibus diversis colligitur. Et quamvis hæc materia pituitosa non faciliè accendatur, tandem tamen accensa, diutius calorem p. n. licet non admodum intensum, fovet, utpote qui difficulter discutitur atq; accessiones diutissime protrahit, ita ut nonnulli non tam intermittens, quam continua hæc febris credita sit. Hollerius lib. 2. de morb. intern.

III. Posita hæc sebyi queritur num etiam Aloes usus in ea præscribendus? Videtur probabilis negativa, propterea quod Aloë dicatur medicamentum Cholagogum, bilem peccantem purgans, quemadmodum ex alijs pluribus repetit Paulus Ægineta l. 7. c. 4. At hic non bilis sed pituita peccat idcirco potius phlegmagogum exhibendum, quia tunc demum confert medicamentum, ubi qualia oportet, purgantur, secundum Hipp. l. 1. apho. 25. & alibi. Sed contrarium videmus in libris practicoꝝ, qui serè ubique hieram simplicem, aliasque

Negativa proponitur, quod principalem questionem attinet.

massas pillularum ex Aloë potissimum confectas  
prescribunt.

Resolutio  
questio-  
nis.

IV. Hic nota pro decisione questionis, quod  
Aloë sit medicamentum & leniens & purgans:  
leniens pro ut in minori dosi exhibetur, quia ras-  
tione asrum laxat, & excrementitios humores  
ex prima corporis regione dejicit, purgans vero  
pro ut in majori dosi exhibita, biliosos humores  
& remotioribus etiam partibus vi substantialis  
qualitatis occultæ attrahit & expurgat. Cum  
autem quotidiana febris potissimum à pituitosis  
humoribus circa primas vias collecti soveatur &  
continuetur, quod vel maxime ventriculi imbe-  
cillitas conjuncta comprobatur. Idem recte concedi-  
tur in ea usus Aloës respectu suarum qualitatum  
manifestarum, quatenus calefaciendo & succan-  
do extergit, discutit, primasq; vias purificat, non  
sine singulari gratia, qua ventriculo amica est,  
pra alijs omnibus evacuantibus, ut habet Galen.  
lib. 6. simpl. § Aloë.

Prepara-  
tio Aloës.

V. Verum ut haec jucunditas magis arri-  
deat, jussa preparatione opus est, ubi pra com-  
muni lotura maximi facienda est illa, qua fre-  
quenti digestionem per assumum adequatum men-  
struum vera aloës essentia à faecibus terrenis &  
arenosis separatur, cujus postea scrupulus id fa-  
cit, quod alias è drachma integra expectamus.  
Quercetani in pharm. dogmat. cap. 14.

#### QVÆSTIO IX.

An Theriaca concedenda in Quartana?

Inter

I. Inter morbos contumacissimos & curationi Medicorum maxime resistentes est etiam Quartam Intermittens illa febris, Quartana, ex putrescente humore melancholico, vel solo, in exquisita, vel cum alijs permixto, in nosha, suam ducens originem, malum sanè diuturnum, cui crudo adhuc exigua, aut etiam nulla cura convenit, secundum Galen, l. i. de arte curat. cap. ii.

II. Quaritur autem numquam in hoc morbo diuturno Theriaca usurpanda? Affirmativa colligitur ex Galeno libro de theriaca ad Pisonem, ubi addit, quod hæc antidotus melancholicis vitæ succurrat ipsam atram bilem exhaustiundo. Sic etiam Traillianus post alios in hac febre dia-trionpipereon, succum Cyrenaicum & Theriacam prescribit lib. 12. Cap. 8. ubi calefacientia requirit in hoc morbo, non tamen necessario quoque humectantia, etiamsi morbus sit frigidus & siccus, propterea, quod humor non statim resolvendus, ne discussi tenuioribus partibus, magis terrestres eo penetrare maneant insarctæ.

III. Sed nota ex eodem Galeno lib. i. artis curat. cap. ii. quod Theriaca & similia convenient quidem quartana, sed non in initio aut ante vigorem morbi, cum hac ratione ex simplici quartana diffunditur, duplex plerumque fiat, quemadmodum idem alibi in cura Epidemii Philisophi ab aliis Medicis per exhibitionem intempestivam Theriacam male tractari, confrenat. Ut igitur signa cautionis apparent & morbus amplius crudus non est, praemisso praecedente die vomitu, succum abstrahit exhibet Galenus, postea duabus horis ante paroxysmum theriacam in appropriato liquore propinat, quo remedio, in ritos liberatos esse confirmat.

Cautela  
quedam  
notanda.

Non

IV. Non igitur sine cautione vel Theriaca vel aliud huius generis magne activitatis medicamentum, (quemadmodum unum & alterum non sine ratione commendat Benedict. Vi-ctor. in Empirica sua) exhibendum est, ne augeantur obstructions & febres intendantur, quando scilicet materia, cum impetu plus justo, agitatur, ut monet Capivacc. lib. 6. de febr. c. 27.

### QVÆSTIO X.

*An Hefticis Viētus contrariarum qualis tatum (lac videlicet, quod facilis, & cancri fluviatiles, qui difficilis sunt coctiois) præscriben-  
dus?*

I. Hefticam febrem illam vocant, que so-  
 Heftica fe- vetur à calore præter naturam partibus solidio-  
 bris quid. ribus infixo, & sic dicitur, quod habitum corpo-  
 ris ita comprehendat, ut si progrediatur, ad dif-  
 ferentiam reliquarum febrium, fiat morbus in  
 habitu, ut vult Galenus lib. 1. de diff. febr.  
 cap. 7. - Etsi enim omnis febris est intempe-  
 ries in solidū membrū in esse facta, quam-  
 vis eadem causam antecedentem interdum spiri-  
 tuum incensionem, interdum putrefactionem  
 humorum etiam agnoscat, ut supra dictum fuit:  
 nihilominus tamen illa intemperies modo est in  
 habitu.

habitū in heſtica, modo in habitudine, ut in reliquis febris. Capivacc. l. 6. de febris c. 2.

II. In hac febrī ferventiſſimā, quoad vi-  
 Etus rationem plurimi lac commendant, ut vi-  
 dere licet in Galeno l. 5. m. m. c. 12. ubi lac,  
 præſertim muliebre rabidis convenientiſſimum  
 eſſe dicit, quem ſequuntur reliqui Medicorum  
 Principes tam antiqui quàm recentiores. Nec  
 ſine cauſa, propterea quod heſtici requirant nu-  
 trimentum ſacilioris digeſtionis, ob calorem na-  
 tivum imbecillum, & ſiccitati atq; caliditati fe-  
 brili ſtrenuè reſiſtens, quale eſt ipſum lac, Ga-  
 leno l. 4. de ſimpl. c. 6. frigiditate & humi-  
 ditate, non exceſſu ſed amica quadam temperie  
 præditum.

Lac tabi-  
 dis cur  
 conceda-  
 tur?

III. At vero queritur cur iſſdem heſticiſ  
 canceri fluviatiles quoq; præſcribantur, que  
 tamen reſpectu qualitatum difficiliſ concoctio-  
 ni, adeoq; minimè convenire videntur.

Canceri flu-  
 viatiles cur  
 concedan-  
 tur?

IV. Hic notandum, quod in heſtica febrī  
 duplex requiratur victus, pro diverſitate tempo-  
 ris, quatenus febrī aut eſt incipiens, aut confir-  
 mata. In incipiente, victus requiritur craſſior &  
 diuturnioris nutritionis, etiamſi difficiliſ conco-  
 quatur: quia tunc temporis calor nativus ad-  
 huc fortior eſt, cujus beneficio nutrimentum  
 craſſius alteratur & in abſumpti locum copioſè  
 reſtituitur. Hic igitur commodiſimè nerveſe

Deciſio  
 quæſtio-  
 nis.

partes animalium & similia, ut etiam can-  
 crorum caro præscribitur, utpotè qua non  
 tantum diutissime nutrit, succum alimen-  
 talem crassum subministrando, sed etiam  
 singulari occulta vi bectica saluber-  
 rima est, ut passim Galenus & alij in-  
 nuunt.

V. Quod si confirmata sit bectica, ad-  
 coque calor natus omni concoctionis auctor  
 maxime debilis, abstinendum ab ijs, quæ  
 difficulter coquantur, & ea potius exhibenda,  
 quæ facillime digeruntur & optimè ac citiss-  
 imè nutriunt, quod supra de lacte affirma-  
 tum fuit, cui succedunt ova sorbilia, succus  
 ex carnibus contusorum pullorum post ad-  
 equatam coctionem in duplici va-  
 se factam, expressus  
 & alia.





## DECAS SECUNDA.

GRAVISSIMORVM  
capitis affectuum cogniti-  
onem & curationem illu-  
strans,

RESPONDENTE

M. JOACHIMO KOPPEN  
Magdeburgensi, Saxonia.

Προίμιον.

**V**T capitis nomine cujusdam princi-  
pij admonemur, propterea quod caput in  
corpore humano respectu regiminis, pars  
maximè prima sit, utpotè sensuum tam exter-  
norum quam internorum organum & habita-  
culum, ut habet *Eustach. Rudius lib. 1. de aff.  
hum. corp. cap. 1.* Sic etiam de morbis partium  
per problemata quaedam in specie disputaturi,  
merito cum aliis autoribus post febrium con-  
siderationem ad affectus capitis progredimur,  
de quibus hæc specialia πορίσματα subjicere  
placuit:

DECA'S  
QVÆSTIO I.

*An dolor capitis vomitu curandus ?*

Cerebrum  
tactu ca-  
ret.

I. *Etsi cerebrum respectu proprie substantie sensu tactus careat, ut recte statuit Arust. lib. 2. de part. an. cap. 7. Et Galeñ. l. 1. de caus. sympt. cap. 8. propterea, quod organum sit commune omnium sensuum exteriorum, cuius ratione natura suâ debet esse ἄτονον, ut aptitudinem habeat ad omnes species sensibiles diiudicandas: nihilominus tamen dolorem quendam frequenter circa cerebrum percipimus, respectu partium adjacentium membranosarum, quibus tactus indefinitus convenit.*

II. *Est autem ejusmodi dolor capitis multiplex, idq. potissimum ob diversas causas antecedentes quibus excitatur.*

III. *Hic inter alia dubia plurima quaestio movetur, num etiam in quadam specie doloris capitis, vomitus tanquam remedium adæquatum sit concedendus ?*

Vomitum  
non con-  
venire.

IV. *Videtur negativa probabilis, propterea, quod vomitus per se simpliciter consideratus, remedium naturæ minus conveniens appareat, ut hac de re differit Vallesius l. 5. contro. c. 1. at medicus naturæ minister est, quam ob causam ea, quæ contra naturam sunt, minimè tentabit, propterea quod ab hys natura abhorreat.*

V. Adde quod per violentum illum motum vomitionis, dolor capiti magis intendatur, tum ex consensu, qui est inter caput & ventriculum respectu nervorum stomachicorum à cerebro procedentium; tum etiam quod eundem affectum ex commotione partium vehementi magis irriter. Hanc ob causam practici fere nullibi, in cura capiti dolorum, vomitus mentionem faciunt: Imo Arculanus in com. super 9. Rhalis, eundem ut noxium omninò improbat.

VI. Notanda tamen limitatio, quod vomitus concedendus sit ijs, qui ad eum proclives sunt, ubi materia peccans in ipso ventriculo fluctuat, quod frequenter accidit in his, quibus caput ob crudos & pituitosos humores in ventriculo collectos dolet, quod etiam Aëcius terribil. term. 3. c. 118. concludit, ubi fluidas affectiones vomitu curandas esse precipit. Hos cum Jafone Zarizæo Forestus l. 9. obser. 19. vomitu curandos esse iubet, quod hac ratione causa antecedenti succurratur, quâ remota postea productum effectus eò citius quoque removetur.

VII. Etsi enim vomitus respectu status naturalis, videatur evacuatio præter naturam; nihilominus fieri potest, ut eiusmodi remedium in statu morbofo nature maximè conveniens esse queat, cum rectissime per caloca fiat evacuatio in morbis, ad quæ ipsa morbifica materia suâ natura vergere videtur, ut habet Hip. l. 1. Aph. 26.

## QVÆSTIO II.

*An caput ex ebrietate gravatum  
reiteratâ ebrietate curan-  
dum?*

Ebrietas  
noxia.

I. Inter plurima sat execranda mala, non immeritò numeratur etiam ebrietas, κατὰ νόσον Hippocrati dicta, quæ non tantum individuo plurimum adfert incommodi, quemadmodum videre licet in Avicenna 3. 1. duët. 2. c. 8. ubi varia morborum generâ ex eadem deducit; sed etiam speciei propagationem reddit deteriore, quia nihil magis genitalè semen infrigidat quàm crapula, teste Gal. 1. 11. de usu part. quàm ob causam Macrobius lib. 7. Saturnal. per temulentiam maritorum malè morigeros liberos generari statuit. Quod etiam Plato 6. de legibus inhuit, dum ebrum quasi mente captum ad prolem ferendam ineptum dicit.

II. Præter alia verò mala subsequentiâ primum esse solet, quod post ebrietatem potatores capitis dolore plerumq; cum nausea & languore apprehendantur. Communissimum hic mulierum remedium est, ut matutino tempore post besternam crapulam eandem cantilenam repetant, atq; ita seipfos à dispositione præternaturam liberare videntur. Hinc etiam Salerniâ Sibola, hisce versiculis idem iannit:

Si nocturna tibi noceat potatio vini,  
Hora matutina rebibas, & erit medicina.

III. Queritur jam an non presens remedium sit contra commune curationis medica fundamentum, cum contrariorum contraria debeant esse remedia, ut habet Gal. l. 9. M. m. c. 15. & alibi. Imò ipse Hipp. lib. 1. Aph. 3. expresse innuit, repletionem inanitione curari.

IV. Pro resolutione problematis respondemus, quod sit distinguendum inter ea, quae sunt per accidens, & inter ea quae sunt per se: ipsa enim repletio repletionem antecedentem non curat, quatenus repletio, se pro ut facultatem atq; calorem nativum excitat, qui postmodum materiam morbificam illuc datentem consumit ac dissipat.

V. Imò Forestus addit lib. 9. observ. 28. quod post ebrietatem, ubi vacuus est venter, & tamen à vaporibus dolor commovetur, non sine ratione remedium hoc concedatur, quia inde vapores crassi dissipantur eo modo, quo oculorum dolores ortos ex ijs meraca vini potione curari dixit Hippocrates.

VI. Verum non necessario in hoc remedio justo modo usurpando, ventriculus vacuus esse debet: constat enim vinum immodice sumptum, ipso Galeno attestante 3. de sympt. causis cap. 3. cruditatis causam esse, quatenus crudus generat humores: hi postea in ventriculi cavitate relictis, in ipsas tunicas insinuant, &

Resolutio  
quæstio-  
nis.

nauseam atq; dolorem capitis ex consensu produ-  
cunt, donec rursus aliud assumatur alimentum,  
cum quo commiscetur, & ita calore nativo ex-  
citato simul alterantur & concoquuntur.

Quomodo  
questionis  
affirmati-  
va conce-  
datur?

VII. Quod autem hic de iteranda potatio-  
ne concedimus, id solum de modica intellectum  
volumus: alias facultate naturali magis debi-  
litata pejus quippiam expectandum esset.

An singu-  
lis mensi-  
bus conve-  
niat vomit-  
us?

VIII. Atq; hoc modo patet, quam ob cau-  
sam pluribus optimè conveniat post crapulam  
besternam, Bacchi festivitatem summo mane  
quodam modo redintegrare: quamvis idem alijs  
eo sine suadeant, ut eò citius postera die vomitus  
excitetur, cujus causa singulis mensibus ebrieta-  
tem sanitati conferre statuunt Avicenna ci-  
tat. loco & sen. 74. part. 2. caet. Rhases  
L. 4. c. 5. Item Dioscor. c. 5. l. 5. contra quos hac  
in parte pugnant Valescus Tarantanus l. 1.  
Philon. c. 14. Gord. l. 2. de conf. vita hu-  
mana cap. 21. Placentinus l. 1. c. 8. de mor-  
bis curandis quis melior est alius preservan-  
di modus, propter pericula, qua ex ebrietate ni-  
mia oriuntur.

### QVÆSTIO III.

An in Vertigine Vena se-  
canda?

Vertigo  
quid,

I. Vertigo latinis, vel à vergendo, quod in  
ea hinc & inde omni vergere & circumvol-  
vi videantur, vel à vertice, quod circa locum  
illum

illum accidat, secundum Gentilem referente Matth. de gradibus 1. par. com. 9. Almanf. c. 2. dicitur, Græcis ἄσθμα, est affectus in quo Phantasia decipitur, ita ut res quieta converti videatur, plerumque cum lesione visus & motricis facultatis accidens, cujus causa est inordinatus spirituum animalium motus à flatulentis vaporibus cerebrum afficientibus proveniens.

II. Differt à Scotomia, propterea quod hæc sit vertigo, cui aliud accidens superadditur, nimirum visus repentina obtenebratio, quod essentialiter in vertigine non requiritur, ut rectè notant, Mat. de grad. citato loco, Forellus lib. 1. obs. 43. Altimarus in arte medica c. 17. Rondeletius c. 14. Hollerius lib. 1. pract. c. 5. & alij. Nam quamvis inter ditto affectus quedam sit cognatio, non tamen positus identitate conveniunt, ut ex Gal. & Hipp. colligi potest, unde minus rectè plurimi vertiginem & Scotomiam pro uno & eodem habent, inter quos est etiam Fuchsius lib. 1. Meth. c. 19.

III. Hic oritur dubium, num in hoc affectu venæ sectio coveniat? Negativa videtur probabili propter ea, quod hic morbus oriatur ex vaporosis & spirituosissimis exhalationibus, Palladis arcem obnubilantibus, ut patet ex Galeno lib. 3. de loc. aff. c. 2. & lib. 3. aph. com. 31. ubi innuit, vertigines fieri propter inordinatum motum vaporosi spiritus in cerebro contenti. Idem post Galenum

Negativa  
questionis  
proponitur.

statuit Avicenna lib. 3. fen: 1. tract. 5. e. n.  
Aetius tetrabibl: 2. serm. 2. c. 7. Altimarus  
citato loco & alij.

Specifica  
naturapro-  
prie cau-  
se vertigi-  
nis.

IV. Imo consentit etiam Quercetanus  
qui thesin hanc dogmaticorum, in tetrade c. 11.  
approbat & ulterius demonstrat, ejusmodi halit-  
us vertiginem producentes ex resinosis tarta-  
ren & sulphureis contentis exhalare, tincturam  
nigra fuliginu cõtinentes sine acrimonia, propte-  
rea quod naturam salis nullam possideant, ea q̃  
ratione fieri, ut nullos in vertigine dolores inse-  
rant, quos tamen in hemigraniu, cephaloia deli-  
rijs & ardentibus febribus, ob fumos ex sulibus  
expirantes vehementissimè plerumq̃ adesse vide-  
antur.

V. At verò ejusmodi vaporosa & halitosa  
substantia per vena sectionem non evacuat,ur,  
propterea quod hac potius in abundantia sangui-  
ni, vel respectu totius in plethora vel respectu par-  
tis inusdam in derivatione & revulsione conve-  
niat.

Decisio  
questionis.

VI. Sed pro questionis decisione notandum,  
quod in curatione vertiginu interdum ad causam  
antecedentem, qua continuitate quadam con-  
junctam sovet, respiciendum sit: qua ratione præ-  
ter alia remedia vena sectio quoque præscribitur  
ab Actio loco citato, sive principium fuerit  
aff. ctionu, sive tempus jam progressum fuerit,  
cum modo vires ferant, nihilq̃ reluctetur, tunc  
potiss.



Potissimum, ubi materia sanguinea & calida sumosis exhalationibus vertiginem excitantibus præbet originem.

VII. Imò Paulus Aegineta lib. 3. de re medica. c. 12. arteriarum quoque sectionem circa aures commendat, quando videlicet, calidiores exhalationes, mediantibus arterijs consertim ad cerebrum eleuantur, cujus remedij loco caeteris um hodie rectius, sive actuale sive potentiale circa suturam coronalem commendatur.

VIII. Prout igitur per vena sectionem somnes mali sapius evacuari, vel saltem è cerebro revelli potest, eatenus sanguinis missio tentanda est, hac tamen cautione, quod monet Altimarus post Damascenum lib. 3. cap. 12. de cura vertiginis, ne consertim & ad prorsus fiat evacuatio. Sed sensim & per vices, propterea quod ex levi occasione ejusmodi agri concidant. Imò & caput oxyrhodino tempore vena sectionis, non sine causa defendendum esse, judicat Aëtius.

Vertiginosus per vices sanguis mittitur.

#### QVÆSTIO IV.

*An in phrenitide repellentia actu frigida sint adhibenda?*

1. Quamvis anima rationalis in propria sua operatione, non utatur organo corporeo quod Arist. lib. 3. de anima t. 4. innuit: nihilominus tamen, sine cooperantibus facultatibus subordinatis organicis in hac vita non intelligit, unde idem Philosophus eodem lib. t. 39. inquit *cor quæ*

Intellectus in organica.

nihil sentiunt, nihil quoque discernere & intelligere posse, propterea quod is, qui contemplatur aliquid, necessario phantasma quoddam simul concipiat.

Vnde di-  
versitas in-  
geniorum.

Vnde de-  
lirium.

II. Quatenus igitur facultates subordinatae, cum intellectione nostra respectu operationis concurrunt, eatenus accidit ut unus altero melior sit in intelligendo & ratiocinando. Imò haec etiam causa est cur intellectus operatio interdum in nobis omninò depravetur, quod in varijs delirijs apparet, non solum hominibus, sed etiam brutis interdum accidentibus, ut patet in equis, canibus, lupis alijsq; feris in rabiem actis, nobiscum non intellectione, sed sensitiva tantum cognitione subordinata convenientibus, quod contra quosdam pulchre demonstravimus lib. 2. de anima exerc. 9. quaest. 5.

Phrenitis  
quid.

III. Inter alias autem depravationes intellectivae nostrae, non ultima est illa, qua phrenitis vocatur à lesione τῶν ἐγκενῶν, id est delirium cum febre acuta, oriens ex calida intemperie cerebri cum inflammatione membranarum ejus, ut vulè Gal. lib. 2. de causis symptomatum cap. 7. & lib. 3. de loc. aff. cap. 7. quem sequitur Aegineta lib. 3. cap. 6. Alexand. Trallianus lib. 1. cap. 14.

IV. In hac affectione sive fiat ipso cerebro primario affecto, sive per consensum, ob aliarum partium, praesertim vero septi transversae, inflammationem generetur, omni cura quam celerrimè eo laboran-

laborandum est medico, ut horrendum ejusmodi malum è corpore humano expellat, cum inter omnia bona hominibus concessa, nullum sit præstantius, quam ratiocinatio vel intellectio, quæ homo à brutis irrationalibus distinguitur, & cum puris essentijs incorporeis, quas rectè scriptura vocat angelos, ab officio, quo mandata labora perficiunt; Philosophi & mentes vel intelligentias, à præstantissima intelligendi operatione, nominant, comparant.

V. Hinc ob causam non tantum in phrenitide omni ingenio varijs remedijs tam pharmacæuticis, quam chirurgicis, in extirpanda causa antecedente laboramus, sed insuper etiam externis auxilijs fréquenter parti afflicta succurrimus, idq; non tantum, ut eidem robur conciliemus, sed & exhalationes corrigendo ac dissipando, sed ut insuper vehementiam symptomatum, dolorem videlicet ingentem, vigilas continuas, & similia leniamus.

VI. Dubitatur autem num ejusdem generis topica medicamenta repellentia, ut sunt oxyrhodinum rosaceum, aliaq; similia tepida vel actu frigida sint adhibenda.

VII. Valescus de Taranta lib. I. *Phi-* Affirm.  
lon. c. 13 cum *Haly*, *Avicen.* & alijs *allu* fr. quæstio.  
gida adhibenda esse censet, ita tamen, ut materia  
antecedens tempestive primum sit evacuata.

VIII. Contra Gerardus Cremonensis Neg. tur.

& Gilbertus Anglicus referente eodem Valeſco ſtuppae cannabinae, ſucci potentia frigidū imbuta cum aceto tepide vel calide adhibuerunt, no vaporum prohiberetur tranſpiratione ratione frigiditatis, & hoc modo delirium augetur. Idem Altimarus de medendis morbis. c. 6. innuit dicens; caput autem roſaceo cum modico aceto irrigetur, aſtate quidem tepide, hyeme verò moderate calido quod in cunctis aliis etiam medicamentis topicis ſervandum erit. Conſentit iſdem Ferbi Fuchſius lib. 1. Meth. Med. c. 20. Mercurialis quoque lib. 5. praet. c. 15. quia cerebro inflammato, frigiditas tuta non eſt, ſicuti neque ves hemens caliditas convenit; illa meatus conſtringit, & diſcuſſionem excrementorum impedit: haec verò fervorem congeminat.

Per limitationes  
quaeſtio  
determinatur.

IX. Sed nota quod monet Math. de Gradibus in lib. 9. Almanſ. c. 3. & poſt eum Forreſtus lib. 10. obſ. 6. naturas videlicet una cum anni tempore vel externo aere conſiderandas eſſe: in naturis enim fortioribus & robuſtis, ubi vehemens caliditas circa caput eſt adeoque phrenitis exquisita & poſſimum aſtatis tempore non tantum virtute, ſed etiam actu frigida ſunt adhibenda: at verò ubi corpus debilius pueri ſe vel ſenile, nec etiam tantus fervor circa caput, idque tempore hyemis tepida potius applicanda, maxime in iſs locis, ubi magis vis medicamentorum, penetrare poteſt, nimirum circa futuras.

X. Imò & hoc notandum, quod quedam topica per se facile penetrant, utpote confecta ex aceto, verbenæ, anetho & similibus, quæ sæpius frigide adhibita, suam nihilominus operationem perficiunt: alia sunt astringentia, ut rosæ, plantago, bolus armenius, quæ commodius agunt adlesacta.

QVÆSTIO. V.

An & quomodo castoreum in Leithargo conveniat?

I. Quemadmodum somnus secundum naturam ocium animæ, viriumq; debilitum unicus redintegrator verisimè dicitur; ita somnus præter naturam extinctionis nativi caloris autor, ac serè mors ipsa est. Vt enim in illo vapores dulces ac benigni, caloris nativi beneficiis excitati, cerebrum suaviter imbuunt, quibus utcumq; condensatis, animales spiritus, antea mobiles ac vigiles, ob revocationem caloris influentis, subsidere incipiunt, ac sua quiete ad reparationem virium inserviunt: ita in hoc, somno scilicet præter naturam, ob vaporosam substantiam minimè convenientem, cerebrum obruitur & spiritus animalis serè suffocatur, ut animal ad sensus & motus operationes reddatur ineptissimum.

Somnus naturalis quomodo differat à præter naturali.

II. Patet hoc maxime in leithargo, quasi intertem oblivionem dicas, ἀπὸ τῆς λήθης ἢ quid ἐστὶν, quod symptoma est diminuta functionis

principi, cum insigni dormiendi necessitate, quo-  
 qui corripuntur, omnium obliuisci, difficulter sen-  
 tire, & neque vocati, neque puncti facile excita-  
 ri, max somno vicissim opprimi solent. Gal. lib.  
 3. de l. aff. cap. 3. causam communiter statu-  
 unt pituitosum humorem in cerebro putrescentem,  
 unde lethargus cum febre continua, lenta & sym-  
 ptomatica coniungitur.

In lethar-  
 go quid a-  
 gendum.

III. In hoc affectu gravissimo maxime est alla-  
 borandum, ut ager à quiete sua præter-naturali  
 excitetur, quocunque ingenio id fieri potest, sive  
 illud ipsum præstare conetur medicus vi medicarum  
 torum, sive etiam alio modo, quemadmodum  
 lepidum est illud remedium, quo lethargicus  
 quidam avarus à tali sopore per medicum  
 doctum & fidelem apud Horatium lib. 2. Satyr.  
 3. excitatur: hic, ut Poeta habet,

Quondam lethargo grandi est oppressus,  
 ut hæres

Iam circum loculo & claves lætus ovanf-  
 que.

Curreret; hunc Medicus multum celer  
 atque fidelis

Excitat hoc pacto; Mensam poni iubet at-  
 que

Effundi saccos nummorum, accedere plu-  
 res

Ad numerandum, hominem sic erigit, ad-  
 dit & illud

Nitua custodis, avidus jam hoc auferet  
hæres :

Men' vivo ? ut vivas igitur vigila, hoc age.

IV. Inter medicamenta, quæ in tali casu plurimum commendantur, est quoque Castoreû, quod non tantum gravi suo odore illud ipsum præstare posse videtur, sed insuper etiam respectu virtutis admodum attenuantis & discutientis, quam eidem Galenus lib. 11. simpl. & lib. 11. Meth. med. attribuit, causæ morbificæ in hoc affectu plurimum adversatur: cum enim calefaciat & siccat cum partium tenuitate excellenti, ut habet Aegineta lib. 7. de re medica Cap. 3. Idcirco aptissimum est remedium, quo frigidi humores & vapores alterentur, & consumantur.

Quæstio-  
nis decla-  
ratio.

V. Hinc Alexand. Trallianus l. 1. cap. 14. Castoreû non tantum exterius in oxyrhodino decoctum fronti applicat, sed ex eodem quoque sternutamenta conficit: Imo in potu quoque præsertim una hora ante accessionem exhibet, vel per se, vel cum oxymelite, propterea quod extenuet, & corpus refrigeratum & prope emortuum, recalesciat, soveatq̃.

VI. Ut ita castoreum & extra paroxysmum & in ipsa accessione sit convenientissimum pro-  
gru excitandis; ubi maximi faciendum ejus ex-  
tractum spagyricè compositum, potissimum illud,  
quod in liquida forma preparaturum est,

Extractum  
castorei li-  
quidum.

quod facillimè & in minimâ quantitate, cum summa tamè efficacia, ægris ejusmodi exhiberi potest. Nec obstat, quod dictum fuerit; cum lethargo febrium conjunctam esse: hæc enim febris lenta est, & symptomatistica, cujus causa absumpta ipsa quoque cessat.

### QVÆSTIO VI.

*An Somnambulonibus convenient verbera ubi dormientes ambulanz?*

Somnus  
quid?

I. *Quantus Philosopho somnus sit ἀκινήσις τῆς διανοίας τῆς αἰσθητικῆς, adeoque, rectè κατὰ λέξιν τῆς παλαιᾶς αἰσθητικῆς dicatur: non tamen totalis & omnimoda sensus & motus privatio semper adeit, ut monet Galenus lib. 2. de motu mulcolorum, quia animadvertimus dormientes respirare, frequenter loqui, huc illuc membra jactitare, vocantes audire, tangentes sentire, & hujus generis plura.*

Somnus  
perfectus.  
& imper-  
fectus.

II. *Quam ob causam Tartaretus lib. de somno Fracastorius l. 2. de intell. Conciliat diff. 103. & alij somnum dividunt in perfectum & imperfectum: in illo sensus omnes exteriores perfectè ligantur: in hoc sensus non omnino privantur sui operationibus, quando ab externis objectis incitantur.*

III. *In hoc somno imperfecto nihil magis*



mirandū, quā quod propter dispositionē corporis minimē convenientem, eo usque animalis operatio se extendat, ut homines dormientes e lecto surgant, ambulent, ac vigilantium opera in locis etiam periculosis perficiant. Quod non facile quis concederet, nisi præter veteres, & recentiores autores classicos, illud ipsum quotidiana experientia ubivis locorum confirmaret.

IV. Causa huius symptomatic in his hominibus, quos ὕπνοκατα, id est, somnambulantes propriissime dicere possumus, est Phantasia fortis cum spirituum tenuitate & subtilitate, ut habet Salius lib. de part. aff. c. 18. non sine peculiari dyerogasia & partium principalium.

Causa No-  
xi surgii.

V. Ut autem alias imaginatio propterea ad motum instigat animal, quia bonum aliquod consequendum proponit: ita hic etiam per somnium bono quodam monstrato, per phantasi-  
am fortem vi latens in musculis excitatur, ad-  
eoz dormiens moveri incipit, ambulat, per tra-  
bes & lacunaria adium audacter oberrat, ac se-  
pissime periculosas altitudines ascendit, tum  
quod spiritus maxime circa manus ac pedes col-  
lecti sint, & huic operationi tantum incumbant,  
ob reliquas quiescentes, tum etiam quod discer-  
nendi vi vaporum caligine sopita jaceat, & in-  
cogitantia audaciam præbeat. Lang. lib. 2.

Cur admi-  
randa præ-  
stent No-  
stambule-  
nes?

Epist.

Epist. 45. Libav. par. 2. sing. tract. de no-  
Stambulou. ad th. 35.

VI. Cum autem ejusmodi homines sepius  
in summo vite versentur discrimine, dum au-  
dacter & incogitanter, somnambulando jam in  
ignem, jam in aquam, jam ex altitudinibus  
horrendis, decidunt: Idcirco non est extra con-  
siderationem medicam, monstrare quomodo  
causa antecedens, ipsius videlicet corporis dispo-  
sitis adequatis & convenientibus medicamentis  
secundū indicationes rationales inventas cor-  
rigatur, quod fideliter præstitit Medicus cele-  
berrimus p. m. Jacobus Horstius præceptor  
æpatrius noster honorandus in libello de no-  
Stambulanibus.

VII. Nos illam curam, quæ est extra pa-  
roxysmum ad suum locum reservamus, & jam  
querimus tantum, an etiam verbera, vel simile  
quid ipsis somnambulatoribus convenit, eo ipso  
momento ubi dormientes hoc vel illud peragere  
conantur.

VIII. Negativam vulgus tenet, idq̄, potis-  
simum hanc ob causam quod videant acclama-  
tione proprii nominis ejusmodi homines excita-  
tos, propter lapsum, in summo versari periculo,  
præsertim ubi in locis altioribus ambulant: Si  
autem acclamatio proprii nominis statim eos  
ita consternatos relinquit, quid expectandum esset,  
si præterea verberibus quoque ejusmodi so-  
mnambulones exciperentur? At-

Negativa  
questionis  
proponi-  
tur.

IX. Accedit & hoc, ejusmodi homines propter debiliorem cerebri constitutionem ad epilepsiam, aliosq; capiti affectus, quandam inclinationem ut plurimum habere videntur: at in ejusmodi naturo terror subitus noxius est, utpote cum facile caducum illum vel fonticum patiuntur affectum.

X. Sed contra pars affirmativa probatur: cum enim ad sit motus non κατὰ φροσίν, vel ad rationis arbitrium sed κατὰ δόξαν & secundum phantasia impetum institutus (quatenus nota ambulones in precipitia & loca periculosa non raro deferri videmus, ubi nemo rationis consensum accusare potest, quia vigilantes nunquam hoc tentassent) ideo conveniens esse videtur, tali durante motu, qua id fieri potest vehementia, verberibus videlicet, vel alia ratione hominem excitare, ut excitatus periculi magnitudinem percipiat, sit miserq; phantasia errorem cognitioni sue imprimat: nam qua non sine vehementi animi commotione à nobis cognoscitur, semper diutius inhaerent, & reminiscencia frequentius occurrunt, quam alia in quibus tanta animae commotio non est. Expergescit n. tali terrore semel, rarissime vicissim ambulat, cum quod timor periculi aliquo modo adhuc sit in sensitiva memoria, tum etiam quod sensus indiditum ob pl. gas insitias in eadem sui speciem reliquerit.

Probatue  
affirmatio,  
va.

Ratio affir.  
mationis.

Instantia  
solvitur.

XI. Etsi verò acclamatio proprii nominis, quod cuilibet præ reliquis familiare est, ut & verbera, faciant ut noctambuli cadant ac periclitentur, propterea quod tunc temporis, ut animadvertit Letanius lib. 2. de occult. c. 5. in excitatis ex consternatione & perturbatione spiritus dissipentur, quibus discussa facultas debilitatur: non tamen propterea nihil omnino tentandum, quia eo respiciendum est, ut somnambulonem primo in loco tuto habeamus, ita ut excitatus ob casum periclitari nequeat. Quod si natura subiecti peculiariter ad epilepsiam ob debilem cerebri constitutionem est disposita, cautio adhibenda est, ne statim in principio paroxysmi; sed potius circa finem ejusmodi consternatio excitetur, ut monet Iacobus Horstius, lib. citato c. 9.

### QVÆSTIO VH.

*An Apoplectici potius sternutamentis  
quam extremorum ligaturis  
aut dysteribus acerbis  
excitandi?*

Apoplexia  
quid?

I. Satis horrendus affectus est Apoplexia, vera incōstantie & calamitatis humanæ nota, qua homines subito principibus operationibus cuncto sensu & motu aboliti consternuntur, remanente que-

De quodam modo respiratione, propter angusti-  
am & oclusionem meatuum in cerebro secun-  
dum Galenum lib. 3. de locis aff. c. 10. ut  
ita morbus hic semper in via, hoc est, organicus  
adsit, ut ex communi sententia rectè statuit  
Mercurialis lib. 1. pract. c. 19. Capivacc.  
lib. 1. prac. 17. Altimarus de med. morb.  
c. 19. Contra lachinum in comment.  
ad 9. Rhasis qui etiam à sola intemperie talem  
effectum oriri posse statuit.

II. Periculum hic tantum est, ut Hipp. Omnis A:  
lib. 2. aphor. 42. exclamet, apoplexiam for- poplexia  
tem nullo modo, debilem vero sine difficultate periculosa.  
solvi posse: quod & Aegineta innuit, dum Apo-  
plexiam nequaquam aut tardè curari posse au-  
tumat, utpote, quæ mortem in propinquo mine-  
tur.

III. Ut autem nihilominus Medicus inter-  
dum, ubi spes salutis sese exhibet, succumbenti  
natura succurrere solet, ideo causa antecedens,  
à qua talis angustia summi ducit originem, non  
est negligenda.

IV. Hanc Galenus vel ad compressionem  
in dispositione φλεγμονώδη refert, quando  
sanguis in plethorico corpore vasa cerebri replet  
ut eorum turgentia ventriculi & meatus com-  
primantur, in quo casu venæ scëlta presens est  
remedium: vel ad obstructionem à materia  
crassiore, pituitosa vel melancholica (quamvis

Causa A.  
poplexia.

Hermeti-  
corum sen-  
tentia.

hoc neget Fernelius lib. 5. path. c. 3.) pro-  
venientem, quod videre licet lib. 6. Aph. 56.  
in com. quam materiam crassam obstruentem  
& rursum atque recursam spirituum impedi-  
entem sortè non inconvenienter, cum Hermeti-  
cis Quercetanus, in tetrad. c. 17. potissi-  
mum deducit ex nebulosis exhalationibus in eo  
conclusis instar nubium in aere expansarum,  
non tantum frigiditate, vel humiditate, aliâq;  
simplici qualitate præditis, sed possidentibus  
efficacem & activam facultatem, ut illud con-  
glaciari aut congelari, adeoq; in momento tan-  
ti affectus causa esse possint, quod ille ex acida-  
te vitriolata, ipsidem conuata, demonstrare cona-  
tur, ita ut illud ipsum quodammodo subolscessit  
Cardanus lib. 6. Aph. in com. videatur,  
dum omnem Apoplexiam à Melancholico hu-  
more, sua natura serè tali qualitate constante  
fieri statuit.

Indicatio  
prima A-  
poplexia.

V. Quæ qualis sit illa materia peccans,  
quæ tam horrendum producit effectum, sui indi-  
cat ablationem, idq; sine mora, & quam celer-  
rimè. Hic derivationes & revulsiones varix à  
Medicis excogitatae sunt, ita ut, si non omnino  
materia morbifica evacuari potest, ad alias ta-  
men partes derivetur, & hoc modo magis ma-  
gisq; dissipetur.

VI. Quarimus autem hic, num potius cly-  
steribus & extremorum ligaturis, quam stera-

hata-

nutamentis hoc ipsum prestare debeamus? Pri- Quaestio  
la  
de  
claratio.  
us videtur probabile, quod materia potius ad re-  
motiores partes, quam ad propinquiores sit re-  
vellenda: tum etiam quod illae partes sint adhuc  
fortiores, adeoq; medicamentorum actiones ci-  
tius actuare queant. Adde quod cerebrum aliàs  
debilitatum per sternutationes ob debilem vir-  
tutem vix irritetur, ut insurgat ad res noxias  
expellendas. Et posito, quod sternutatio-  
nes vim suam exerant, minimè tamen parti-  
cularis ejusmodi evacuatio, sine præmissa uni-  
versali instituenda esset, quia aliàs ex reliquo  
corpore materia peccans ad laborantem partem,  
cerebrum videlicet magis attaheretur.

VII. Quam ob causam acris enematis,  
aut in horum defectu suppositorii, ex melle co-  
cto, cum pulvere hieræ simpl. aut fortiori, addis-  
to mediocri salis gemmae pondere, statim in prin-  
cipio hominem excitandum esse putamus, non  
neglectis fortissimè extremorum ligaturis, per  
vices adhibitis: cum hac ratione non tantum  
corpus universum à collecta saburra excremen-  
torum liberetur, sed insuper quoque à cerebro  
materia derivetur, & sensim resolvatur & con-  
sumatur.

VIII. Vbi verò clysteribus alvus primum so-  
luitur, & totum à copia peccantis materiae libe-

ratur, audacter naribus etiam illa admovenda, que gravi suo odore egrotantes excitare solent, ut sunt opopanax asa fœtida, castoreum, Galbanum: Imò hoc tempore commodissime sternutamenta parantur ex helleboro castoreo & alijs, naribusq; canaliculo penna instantur, ut materia per particularem hanc evacuationem, quo id fieri potest, à cerebro derivetur, vel ad minimum resolvatur, ubi morbus per paralysem subsequentem finitur, propterea quod causa peccans, materia videlicet resoluta singularem habeat vim, ut nervos secundum eam partem, qua tangit ipsorum principium, stupidos & ad sensum ac motum ineptos reddat.

### QVÆSTIO VIII.

*An paralyfis post colicos dolores subsequens curato nervorum principio caretur?*

Paralyfis  
quid

I. Paralyfis Latine resolutio, est ejusmodi affectus, quo motus voluntarius, alicujus partis aboletur, propterea quod spiritus animalis non insinat, idq; vel primario, in proprie dicta paralyfi, quod a cerebro sive principio nervorum non transmittatur vel secundo in ista resolutione, que  $\alpha\tau\alpha\chi\epsilon\pi\sigma\tau\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$  sic appellatur, quod transmissus à musculo non recipiatur.



II. In illa perit motus unâ ciem sensu, quando nervus idem tam motui quam sensui destinatur; interdum verò sensu remanente, motum perire videmus ijs scilicet in partibus, ubi peculiaribus nervis, motus, peculiaribus quoque sensus perficitur, quod in oculo manifestum est, cujus motus illæsa visione, & contra visio illæso motu sæpius afficitur. At si unus & idem est nervus, sensus quidem absque motu, non autem motus absque sensu remanere potest, propterea quod motus majorem, sensus minorem facultatis influxum requirat, ut habet Galenus lib. 1. de locis aff. cap. 6. & lib. de causis simpt. cap. 5.

Cum sensus illæso motu, & motus illæso sensu sæpius pereat.

III. In hac improprie dicta paralyti, vel contractura, diverso modo sensus & motus pereunt vel depravantur, pro diversitate causa, qua sensiles musculorum partes afficiuntur. Quod ut magis pateat, querimus an Paralyti, que frequenter Austria, Moravia, alijsq; locis, post colicos dolores sequitur, curato principis nervorum curatur.

IV. Cum verò tantum quæ curando fallatur, quantum cognoscendo aberrat teste Galeno, idcirco, primò illius affectionis natura cognoscenda est, qua cognita questioni præsentis facillimè satisfieri poterit.

V. Quamvis autem tòtò manifestum sit, cum non tantum hodierna quotidiana experien-

Unde para-  
lysis est  
colicis do-  
lores.  
Opinio I.

tia hoc refletur, sed insuper antiquorum scripta  
idem innuant, ut patet ex Paulo Aegineta  
lib. 3. cap. 18. nihilominus quomodo hoc fiat  
& per consequens, qua sit talis affectionis natu-  
ra, satis dubium est apud autores.

VI. Quidam peccantem materiam ab inte-  
stinis ad nervos pervenire autumant, beneficio  
arteriarum, præsupponentes hoc, quod nervi  
sunt cum arterijs continui, & ab ipsis arterijs o-  
riantur secundum opinionem Praxagoræ, ut  
refert Galenus lib. 2. de placitis Hipp. &  
Plat. c. 7. quæ inter recentiores defendere  
conatur, Reusnerus lib. de Scorbuto ex-  
c. 4.

Nervi non  
sunt extre-  
mitates ar-  
teriarum.

VII. At hoc placitum demonstrationi oculari  
repugnat, quia inter nervos & arterias nulla est  
communio, multò minus continuitas: imò  
quamvis in minimas omninò arterias fiat divi-  
sio, nunquam tamen easdè in nervulos commu-  
nicamus. Quapropter cum ab  
illis sit, ea confundere, qua generatione &  
stantia atq; usu differunt, ideo auctam  
sententiam improbanus.

Opinio se-  
cunda.

VIII. Inveniuntur alij qui transmittit  
per Hippocraticum illud: πῶς  
nem hanc solv. ἴδω esse, quod videlicet totum  
τὸ σῶμα εἶναι  
sit, ita ut etiam per occultas  
corpus perspirabile in corporis partes, hinc &  
vias materia sepius  
inde transeat, quod pl.  
lib 4 Anat. quæst. 2.

Quæ

**IX.** Quamquam verò principium hoc minime negamus: tamen inveniens videtur ad illud confugere, ubi manifestiores ductus sese ostendunt. Hanc ob causam experientia edocti, statuimus materiam morbificam ab intestinis ad articulos, & muscularum habitum pervenire mediantibus venis quod ex apparentibus signis instanti tali mutatione sæpius observavimus, & in locis ubi talis affectus est frequentissimus.

**X.** Vbi enim expectanda est in colicis doloribus resolutio membrorum, statim urina tingitur admodum, & subnigra apparet, ob materie admisionem in venis, concuruntur ægri de ascendente quadam aura frigida: hæc in locis, ubi potius est vasorum majorum & natura fortiori existente, materia ex habitu musculofo expellitur, ac loco paralyses illius, sit in extremitatibus color æthericus vel alius præter naturam.

**XI.** Quod si queras ulterius, cur ejusmodi peccans materia non potius alias petat partes, ad eorumque morborum aliorum originem constituat? respondemus hoc fieri duas ob causas: primò quod natura fortior ejusmodi materiam expellat, quoad fieri potest, ad remotissima loca, quemadmodum inde colligitur, quod ægri imbecilliores instanti tali mutatione, plerumq; pereant, antequam talis metamorphosis perfectè fiat, materia scilicet ipsas partes principes subeunte. De-

Opinio tertia quâ approbamus.

Cur materia peccans in colicis doloribus potius articulos, quâ alias partes petat?

inde causa altera esse potest, materia singularis proprietatis, qua nervosis & membranosis musculorum partibus præ cæteris est amica: qua ratione videmus canceri materiam citius faciem & mammillas occupare, quam alias humani corporis partes: Sic strumosa resolutiones ad collum potius quam alibi efflorescunt: sic calculi materia resoluta citius articulos, quam pæri remotissimos occupat, quam alias corporis partes, unde nephritici dolores frequenter in arthritidem mutantur.

Quomodo  
post colic-  
cum fiat  
paralytis.

XII. Hæ præmissis manifestum est, quod paralytis, que colicos dolores sequitur, fiat ob effectam & debilem constitutionem musculorum, qui respectu substantiæ nervosæ & membranosæ, à materia affluente præter naturam afficiuntur, ita ut motum & sensum etiam si spiritum animale affluentem habeant, exacte perficere nequeant.

Ejusdem  
curatio.

XIII. Hinc facile patet plurimum errare illos qui hanc speciem paralyseos  $\kappa\alpha\tau\alpha\chi\epsilon\pi\omicron\tau\iota\kappa\omega\varsigma$  sic dictam, eodem modo cum vera propria dicta resolutione curare conantur: cum in hac mali causa circa principium nervorum quaerenda sit, quod tamen in illa suam naturalem constitutionem obtinere potest. Non igitur curato cerebro, vel spinali medulla paralytis ejusmodi

modi curabitur, sed potius eo respiciendum, ut  
causa antecedens, quæ adhuc in fluxu est, inhi-  
beatur, quæ verò proxima parti adheret, ejus-  
demq; inbecillitatis origo est, quo id fieri potest  
ingenio, corrigatur & consumatur.

XIV. Præsumamus regimine totius, qua-  
rentis sanguinem ab ejusmodi materia peccante  
purificamus, & per loca naturæ convenientia,  
eandem educimus, potissimum ed respiciendo, ut  
alvus sit laxa, cum ex hujus obstructione, quæ  
ejusmodi colicis affectibus comes est individuum,  
impuritas illa sanguinis maxime oriatur.

XV. Posterius peragitur, ubi partibus effectis,  
nimirum resolutis membris ea adhibemus, quæ  
calorem nativum consortant, & per consequens  
digestionem atque concoctionem in ipsa parte  
nobiliorem faciunt, non neglectis iis, quæ singu-  
lari proprietate, materiam ejusmodi collectam  
dissolvere, & hoc modo insensibiliter discutere  
nata sunt.

XVI. Quod nisi hoc modo laborantibus ejus-  
modi succurramus, sensim ac paulatim (non  
sibito quod in altera vera paralyti accidit) vires  
ulterius dejiciantur, ita ut sepius per integrum

semestre quotidie magis magisque partium voluntarius motus aboleatur, non sine gravissimis earundem partium doloribus, donec tandem ipsa quoque vox pereat, & agri viribus exhausti suffocentur, ubi verè cum Poëta dicerem,

In mediis conatibus ægri  
Succidimus, nec lingua valet, nec corpore nota  
Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur.

### QUESTIO IX.

*An ligni S. decoctum conveniat epilepticis?*

Epilepsie  
nomina. &

I. Tantus est affectus epilepsia, ut autores classici dubitarint, quo nomine rectius illius essentiam exprimerent: hinc Hippocrati interdum *κατὰ δυνάμιν* malum, puerili morbus: Aristoteli affectus *Herculeus*, forte quod videatur invictus & non facile medicamentu cedit: Alii *comitialis*; Plinio *Sonticus*; Cælio *Lunaticus*; Apuleio *divinus*; quibusdam *caducum morbus* dicitur.

II. Hunc graphicè describit Lucretius lib. 3 ubi ita canit:

Quin etiam subito vi morbi sæpe coactus  
Ante oculos aliquis nostros (ut fulminis ictu)  
Concidit & spumos agit, ingemit, & tremit artus,

Desipit, extentat nervos, torquetur, anhelat  
Inconstanter. & in jectando membra fatigat.

III. Est enim epilepsia symptoma abolitæ actionis principis, cum convulsivo motu conjunctum, proveniens à partiali cerebri meatuum obstructione vel coarctatione, quam materia peccans, imprimis aliena sua qualitate cerebrum ad expulsionem irritante, producit. Dicitur esse principis actiones abolitas cum motu convulsivo ut distinguamus epilepsiam à vera convulsione, que sit tantum vi morbi, robore natura non concurrente, remanente operatione principis facultatis, non tam respectu ipsius cerebri, quam partium nervosarum, qua propter exanitionem vel repletionem nimiam variis modis convelluntur. Hipp. 6. Aph. 39. Gal. lib. 3. de loc. aff. c. 5. & lib. 2. de caus. symp. c. 2.

IV. Addeimus à partiali cerebri obstructione vel potius à coarctatione provenire hoc symptoma, ut illius causam proximam monstremus ex sententia Hippocratis & Galeni secundum quos cerebrum in Epilepsia laborat, ut instrumentum, quemadmodum rectè probant Altimatus de Med. morbis. c. 18. Mercurialis lib. 1. pract. c. 26. & alij. Quomodo autem talis coarctatio oriatur, id ex sequentibus colligimus, nimirum respectu materia non sola frigiditate vel crassitie, sed imprimis aliena quadam, quasi venenata qualitate peccantis, quod ipso quoque Galeno deducitur, ubi lib. 5. de

Epilepsia  
quid?

Causa proxima Epilepsiz quænam?

locis aff. c. 5. & lib. 3. ejusdem operis c. 7. veram epilepsia speciem concedit ex qualitate quidam venenata, cerebrum afficiente: at idem effectus non potest toto genere diversas habere causas proximiores.

V. Quamvis enim concedamus, cum Galeno & reliquis principibus Medicorum, pituitosos & crassos humores interdum hunc affectum causam præbere posse, non tamen illud ipsum accipiendum de causis proxima, sed potius eâ ratione, quatenus ex eâ materia qualitate noxiâ prædita, vapores corrupti & virulenti efflorescunt, à quibus in cerebro fit quasi coarctatio, spirituumq; transitus, hæc ratione impeditur, unde cerebrum principiumq; nervorum læsum, ut expellat id quod obliectatur, seipsum quasi contrahit, ut habet Forestus lib. 10. obs. 54.

VI. Et hoc modo semper locum suum habet qualitas maligna in generatione Epilepsie, quod placuit Fernelio lib. 2. de abditis rerum causis. & lib. 5. de morb. part. Qualis autem sit illa qualitas maligna, omnis epilepsie causa proxima, non ita planum est apud autores: probabiliter eam ex sententia Hermeticorum determinat Quecetanus in tetra de cap. 11. nimirum quod sit nihil aliud, quam vapor mercurialis vitriolatus, qui ex humore, ex tartaro, aut ex mucilage æruginosis expiret, & ratione aciditatis & siccitatis, principium nervo-

Qualitas  
maligna  
omnes E-  
pilepsie  
causa.



rum afficiat, ac respectu salis armoniaci conjuncti acerrimas sensiles partes velicet, & convulsivos illos motus producat.

VII. Cum vero melancholicus humor has qualitates præ reliquis etiam ex dogmaticorū sententia possideat, idè rectè dixit Hippocrates melancholicos comitiales facillè fieri, & comitiales melancholicos.

VIII. Hinc etiam monstratur, cur pueri & infantes maximè huic malo obnoxii: non quod humidam constitutionem habeant, adeoque pituita scateant, cum videamus hydrocephalos aliosvè, quibus caput aquosa humiditate serè sepultum est, ab hoc malo immunes esse, sed quod illorum multè lac in ventriculo acescens & non probè concoctum congerant, cujus corruptio eam naturam induit, ut in eruginosum & viride quoddam virus vitriolatum, degeneret. Hæc ille.

IX. Hæc positis queritur, num decoctum ligni sancti conveniat illi, qui huic affectui sunt obnoxii? Affirmamus cum Iachino c. de Epilepsia in Rhazis & aliis, propterea quod in curatione hujus affectionis quam extra paroxysmum tentamus, maximè sit respiciendum ad causam antecedentem, quæ proxima sovetur & sustentatur. At antecedens illa causa frequenter consistit in crassis impuritatibus & supervacaneis humoribus, in toto corpore, vel in cere-

Cur pueri  
Sontico  
malo ob-  
noxii?

Affirma-  
tur quæ-  
stio præ-  
posita.

bro, vel in alia quadam parte nimirum utero, Ventrículo vel cæteris collectis, qui intensionem attenuationem, solutionem, expurgationem per urinam, alvum, sudores, vel quocumq; modo id fieri potest, adeoq; sui absorptionem indicant. His enim tanquam subjectis & causis antecedentibus remotis, remouetur quoq; vit illa noxia coherens, qualitas videlicet illa maligna, quæ exaltata, vel per evaporationes excitata, aliis epilepsiam producit.

X. Quæ ratione fortassis Galeni & aliorum opinio ad bonum sensum revocari potest, dum frequenter magis materiam crassam hujus morbi causam ponunt, propterea quod ressectuæ rationis in hac corrigenda & eliminanda maxime laborandum sit.

Cut ligni  
Guajacum  
concedatur

XI. Plurimum verò decoctum ligni Guajacæ respectu præsentis indicationis inservit, quatenus incidendo attenuandoque causam ejusmodi antecedentem resolvit, detergendo evaluat, & sudores commovendo massam sanguineam desiccata reddit, non sine corroboracione viscerum, propter amicam astringentiam qualitatem sibi connatam.

XII. Quamvis autem talia hydrotica in morbis contumacibus maxime locum habeant, cautio tamen adhibenda, ut generalia remedia præmittamus, ne primarum viarum saburra, vi hujus vel similis medicamenti, viscera magis occu-

Cautio  
prima.

per. & hac ratione causam illam dictam detes-  
torem & magis continentem reddat.

XIII. Imo & hoc notandum, ut ipsum decoctum Cautio se-  
cunda.  
Guajaci pro diversitate natura subjecti, cum  
appropriati morbifica causa preparatur, eo po-  
tissimum respiciendo, ut oleaginei atq; acidi spi-  
ritus ratione sua tenuitatis alias secundum co-  
mune Pharmacopolarum coctionem facillime  
exhalantes, qua arte id fieri potest, conserven-  
tur, utpote cum horum beneficio vin sudorifica  
potissimum Guajaco insit, qua prestantior red-  
datur, si ex siccibus calcinati sal Pyryce ex-  
tractus eidem commisceatur.

### QVÆSTIO X.

*An Medicus rationalis in curatione Melancholicorum usum characterum & administrationes ridiculas concedere debeat?*

I. Inter depravatas actiones animales est et Melancholiam Melancholia, delirium vel principum facultatis quid?  
tatum depravatio, siue febris cum timore & tristitia, producta sensim ab intemperie frigida & sicca, ex humore vel vapore melancholico, cerebri occupante, & spirituum animalium substantiam alterante. Gal. lib. 3. de l. aff. cap. 7. Paulus Aegineta lib. 3. cap. 14.

II. Pro ut auce[m] peccans materia dicta, vel sola Melancholia triplex  
lum in cerebro, vel in toto corpore abundat, vel

etiam per halitus exhalationibus vaporosis et infimis partibus, hypochondriis potissimum, cerebro communicatur, ita Melancholia vel dicitur primaria, vel ex consensu totius, vel hypochondriaca.

III. In his affectionibus Melancholicis corrigendis queritur, num Medicus rationalis usum ridicularum administrationum characterum vel similitum admittere possit

Affirmatur quæstio.

IV. Affirmativam statuimus probabilem, videmus enim experientia teste, plurimos hac ratione sanctati restitutos esse. Plurimi namque curati sunt, inquit Trallianus lib. 23. cap. 17. cum vidissent vel audivissent ea, que consequi desiderabant. Ita Philodotus Medicus, quendam, qui sibi caput esse amputatum putabat, imposito repente pileo plumbeo, à tali imaginatione dimovit, propterea quod sentiens gravitatem, caput se recepisse putavit. Sic alius curans mulierem Melancholicam, qua falsam habebat imaginationem de devorato serpente, medicamentum exhibet vomitorium, & in vas subjectum, clam ejusmodi estiam imposuit, quam Ærepente in ipsa vomitione videns mulier à vana imaginatione liberata fuit. Quod etiam imitatus est Gubertus Horstius celebris Romanus Medicus chystere adhibito in tali agrotante, ut refert Forestus, ejusdem discipulus. Tales observationes apud recentiores quoque per multæ legun-

leguntur, in quibus recensendis otio literario nolimus abuti.

V. Ratio verò, quã monstratur, hanc thesaurum esse probabilem, inde deducitur, quia inter alia, quæ Medico consideranda veniunt in curatione v. orbis, sunt etiam animi commotiones, ad quas admodum respiciendum præsertim in iis, qui ad eas proni sunt. At verò maximè hoc apparet in Melancholicis & delirantibus, ubi propter intellectus operationem depravatam, sæpius, ut cum Poeta loquamur,

Ratio affrattione.

Fertur equis auriga nec audit currus habenas: quo enim magis contrarium persuadere conamur his hominibus, eò minus nostris persuasionebus credunt, propterea quod princeps operatio in iis depravata sit.

VI. Ne autem per animi commotionem vehementem quiddam deterius subsequatur, idcirco cautio adhibenda est, ut interdum aliquis indulgeamus, præsertim ubi cognoscimus phantasiam in hoc vel illud esse intentam: ut enim imaginatio imperat humoribus & spiritibus, ut à fieri potest, ut illius ratione tò dignòv è p quos excitetur, & sua sponte morbificam causam interdum expugnet. Vide lobettum lib. 1. pract. cap. 14.


VII. Hoc est quod movit Riolanum lib. 4. Meth. Med. cap. 1 ut statueret Medicum rationalem post Methodicam curam ritè instruat,

videtur.

*ridicula amuleta & similia suis agris credulæ concedere posse, quod per se nocere nequeant, utpote cum sint nullius efficaciæ, ex accidenti tamen sapissimè ratione phantasiæ & confidentiæ, juvare deprehendantur.*

Limitatio  
additur.

VIII. *Quamquam verò suo modo, non neglectâ scilicet ordinariâ curatione methodicâ, concedi possunt ejusmodi remedia, non tamen superstitionem animorum, vel fraudem quorundam impostorum hoc modo confirmamus, sed in gratiam ægrorum tantum, & corpore & anima laborantium, talia concedimus, atq; hoc modo fraudem committimus utilem, quæ ægro restituto & judicio redintegrato prædito, postea à Medico manifestatur.*



ΣΩ ΔΕΩ

DECAS TERTIA.

*Quæ facit ad aliquot sensuum exteriorum affectiones cognoscendas:*

RESPONDENTE

M. IOH. IOACHIMO ANO-  
MÆO, Lincio Austrio.

**S**icut aliàs causa subordinata semper primam respicit; ita sensuum organa, quoad proprias suas operationes sine cerebri, tanquam primi sensorii, adjumento nihil exactè perficiunt. Non autem sufficit vis influens à primo sensorio, sed opus est, ut ipsa organa externa ritè quoque constituta sint. Quapropter cum ex præmissis quibusdam quæstionibus pateat, quomodo sapius cerebrum afficiatur, cujus læsionem sensuum quoque depravatio sequitur: jam non extra methodi legem esse videtur, de sensuum externorum organis corrigendis quædam problemata subjicere.

Sensus externi non agunt sine cerebro.

Ratio methodi

QVÆSTIO. I.

*An in ophthalmia tandem ad seraceum perveniendum, & num occipitium instrumento ignito vel frigido pertundendum?*

**I.** Vt visus respectu reliquorum sensuum ordine doctrina & præstantia prior est, quemadmodum alibi demonstravimus, utpotè cum in illo requisita sensus maximè appareant, ejusdemq; operatio sit perfectissima & velocissima, ut habet Philosophus lib. de sen. cap. 1. & lib. & Metaph. cap. 1. Ita merito inter sensuum organa primò quoque oculus se offert: siquidem in nullo sensus instrumento tam mira-

lib. 1. de corp. & de anima.

Cur inter sensuum organa primùm de oculo agatur.

bilis fabrica, tantuq; spirituum influxus invenitur, Galeno teste lib. 7. de plac. Hipp. & Plat.

Ophthalmia quid.

signa Ophthalmiz.

II. Inter innumeros hujus affectus frequens est  $\delta\phi\theta\alpha\lambda\mu\acute{\iota}\alpha$ , latinis Lippitudo, ab extremen-  
to defluente minus proprie sic dicta, qua teste Galeno lib. 4. de comp. med. secun-  
dam loc. est inflammatio agnata tunica seu membrana oculorum exterioris, et capiti & calvaria ambientis. Cognoscitur malum quan-  
do dicta tunica, qua natura alba est, ob afflu-  
xum sanguinis cruenta apparet, ex oculis lac-  
rymæ resudant & in acanthis majoribus ser-  
des quadam colliguntur, ut inquit interpres Hollerii lib. 1. exerc. 19.

Affirma-  
tione qua-  
sitio.

III. Cognitum hoc modo malum curatio-  
nem requirit expeditam & celerem, ne ob ne-  
gligentiam suffusio, pupillæ dilatatio, vel pejus a-  
liquid subsequatur.

IV. Hic suboritur dubium num etiam aliquando in ophthalmia ad setaceum circa occipitis regionem sit acceden-  
dom? Affirmativa videtur probabilis, propter-  
ea quod contumax affluxus humorum hac ratio-  
ne revellatur à parte laborante, adeoq; materia peccans affectum diutius fovens loco affecto sub-  
trahatur. Cum enim cantherium aliàs mate-  
riam ichorosam potissimum peccantem in corpo-  
re à partibus nobilioribus internis exterius ad  
cutem evocet, ejuſdem q; impetum p. n. ad par-  
tem



dem quandam corrigere valet: idcirco hic etiam non absque ratione adhibendum esse videtur, tunc scilicet ubi pertinax materia assluens post plerhora vel catochymia univrsalem correctionem adhuc revulsione quadam forti indiget, quod etiam *Math. de grad. p. 1. tr. 1. c. 15.* in com. ad *9. Rhal. vuls.* ubi fluxum per cauterisationem subtili ferro ignito factam inhibendum esse statuit.

*V* Quo autem loco cauterium commode applicetur, inter omnes non convenit, dum alij sutura coronali insigendum esse autumant, alij contra potius in occipitio, ubi cervix incipit, illud ipsum exortandum demonstrant, ratione probabiliori, cum loco affecto rectè sit opposita regio cervicis & ad eam humores peccantes citius, utpote declivorem partem moveantur, nec in eadem tam facile, quam à sutura coronali locum laborantem ophthalmia repetant.

*VI.* Sed cum locus circa cervicis initium inter secundam & tertiam, vel tertiam & quartam vertebra ad simplex cauterium actuale unius foraminis sustinendum non admodum aptus sit; idcirco potius setaceum commendat experientia, ubi videlicet cutis crassior dicti loci forcipe comprehenditur & suniculo transmissa, olim ex setis, unde nomen habet, sed hodie ex serico constante perforatur.

*VII.* An autem instrumentum perforans frigidum vel caudens esse debeat, controrsum

Quo in loco cauterium commodissime applicetur.

Setaceum præfertur cauterio,

An instru-  
mentum  
frigidum  
sit prefe-  
rendum?  
Affirma-  
tur.

versum est & Posteriori videtur probabile, propte-  
rea quod natura cauterij actualis hoc ipsum re-  
quirat, quam ob causam veteres & recentiores  
pleriq; candenti & ignito ferro cutim forcipe  
comprehensam pertundendam esse statuunt, Ra-  
tionibus quoque non destituuntur, propterea  
quod ferrum ignitum sanguinis fluxum, tamen-  
dum aliam, reprimat, & respectu doloris mate-  
ria magis attrahatur, ipsa; pars, cui cauteri-  
um affigitur, minus symptomatum serotia sibi  
slet, propterea quod ratione exiccationis ipsa u-  
sio vim confortandi habeat.

VIII. Nec experientia deest, tum veterum,  
ut passim legitur, tum etiam recentiorum, quem-  
admodum præ ceteris ex Amato patet qui  
Cent. 4. curat. 62. refert se puellam sexde-  
cim annorum post multa remedia à diuturna  
lippitudine laqueo ad nuham posito consueta  
& communi fetacæ operatione liberaffe.

Demon-  
stratur ne-  
gativa.

IX. Quanquam verò non negamus ejus-  
modi usionem in tali casu locum habere posse:  
non tamen videtur necessarium candenti ferro  
tantum uti, cum artificiosa sectione instrumen-  
to frigido facta commodius et melius ibid ipsum  
quoque fieri possit, quemadmodum probat Gur-  
liel. Fabricius, Medicus Paterniacensis ordi-  
narius, amicus noster intimus, in cent. 1. ob-  
ser. chirurg. 4. Cum enim vir hic peritissi-  
mus diuturna experientia nullam operatio-

mem chirurgicam magis agrum detertere, maioremq; horrorem eidem incutere videret, quam usitatum actualis canterij, ideo de commodiore & jucundiore modo cogitare cepit, non sine successu, quemadmodum ex observationibus citato loco propositu optime patet.

X. Hanc ob causam cutim in dicto loco forcipe comprehensam non ignito instrumento, Modus Setae  
frigidi. sed cultello frigido ancipiti perforat, & mox adequatum suniculum ex serico retundum crassitie foramen implentem transmittit, quibus peractis linteam duplicatum ovi candido probe conquassato intinctum applicat, ratione doloris & sanguinis fortè fluentis. Deinde digestivum imponit ad aliquot dies, unguentum videlicet ex therebintina, lota in aqua beton, cera nova, gummi elemi, oleo rosaceo, vel amygd: dulc: addito vitello ovi. & pauxillo Croci. Tandem saltà digestionem suniculū paulatim protrahendo, ut pars sanie humectata abstergatur, hedera folium linteo molli involutum quotidie hu imponit, quo foramina retinentur aperta, donec extracto suniculo cum commodo, & salute egrotantis, indicatio consolidationis locum habeat.

XI. Rationes quibus haec operatio setae frigidi confirmatur, non desunt: quod enim intentioni quoque satisfaciat, praeter experientiam inde patet, quod vulnera eiusmodi aper-

Rationes  
pro Setae  
frigido.

ta felicitate eadē fluxus, & ichorosos humores ab alijs partibus revellere & evacuare valeant ac si combustive facta essent.

XII. Ad quod modus hic commodior, & melior sit illo, qui ignito instrumento perficitur, tum ex eo patet quod vi ignis pars canterisanda exicceetur, & per consequens corroboretur: at qui nec prius, nec etiam posterius requiritur, Non illud quia setaccum propterea adhibetur, ut à parte laborante ad sanam superflua humiditas derivetur, ubi non opus est exiccatione, sed potius humectatione, quia constat sicca non attrahere, nisi primum aliquo modo sint emollita: non hoc, quia pars illa in quā humor superflua derivandus est, potius debilitanda, quam confortanda videtur.

XIII. Imo cum Medicus non solum corpus, sed etiam animum in curatione suorum aegrorum respicere debeat, propterea, quod suas operationes mediante natura, quæ in hominibus anima est, peragat: idcirco quantum fieri potest, ab ejusmodi ignito ferro abstinere debet ob horrorem, & phantasiam, quam pleriq; homines ex eo concipiunt, ita ut melius citius ad prælium adigantur, quam ut ferro candenti sese committant: ad notum est, quid in hominibus & præsertim in ægotantibus phantasia possit.

XIV. Adde quod dolor etiam sit multo tolerabilior in hoc modo setacei, cum illum tan

tum representet, quem in phlebotomia percipi-  
mus. Ita dicta sententia rectissime confirmatur,  
ut potius, quam prior eligenda esse videatur,  
propterea, quod iucundior, melior, ac tutior sit  
h. c. modus, utpote, qui in ipsis etiam infantibus  
majori cum fructu, quam fontanella (quod aliq̃  
practici volunt) in cervice, datis indicationibus,  
adhiberi possit, ut idem author Fabricius pul-  
cherrime probat.

IV. Nec obstant rationes adductæ pro i-  
gnita instrumento, quod videlicet sanguinis flu-  
xus ustione reprimatur, respectu doloris vehe-  
mentis materia magis attrahatur, ipsaq̃ pars  
consortetur: Non, inquam, hæc obstant, quia  
primum sanguinis fluxus, tantus hic non est, ut  
ustionem indicet, propterea quod vasa conspicua  
caveantur, & sanguis præterea profluens, alia  
ratione compefcatur, ut dictum fuit. Dolor  
vero excrucians, quamvis alias assluxum incre-  
at, hic tamen, ubi ferro candente sit frustra ex-  
pectatur, propterea quod exicat & affluentes  
humores reprimat, & revulsionem impediat,  
quod vel maxime patet, ubi propterea combu-  
stio instituitur, ut fluxus humorum inhibea-  
tur. Tandem partem sanam non con-  
fortandam, sed potius debilitan-  
dam esse diximus,

Resolvun-  
tur ratio-  
nes in con-  
trarium ad-  
ductæ.

## QVÆSTIO I I.

*An & qua ratione sanguis columbarum sugillationem oculorum corrigat?*

Sugillatio  
quid.

I. Sugillatio latinis Paulo & Aetio ὑπόσφραγμα malum est oculorum, ubi sanguis tenuis resudat, atque effunditur in oculum, potissimum respectu corneæ tunice, ex ictu seu plaga quadam, maxima ex parte ruptis, aut contusis vasis tunicarum, unde rubor, & aliquando dolor, & subsequens inflammatio. Quomodo in tali affectu curando methodicè procedendum ex aliorum practitorum libri hic præsupponimus.

Affirmatur  
questio.

II. De eo tantum quaritur, num sanguis columbarum ejusmodi læsionem præ reliquis topicis optimè corrigat? Veteres in his casibus magni fecerunt sanguines animalium, dum alij sanguini, hirundinum, palubarum & turturum; alij columbarum, præsertim masculorum, primas tribuerunt, ut habet Holler: in Perioche l. 4. de comp. medic. secun. loc. At Gal: l. 10. simpl. & Aetius tetrab: 1. serm. 2. cap. 75. parvi faciunt ejusmodi controversias de sanguinibus, & potius alijs utuntur medicamentis magis vulgaribus.

III. Quoniam verò experientiâ, quæ rerum, & omnium scientiæ singularis principium,

antiquorum assertio non destituitur, idcirco recentiores practici sanguinis, & potissimum columbini usum adprobant, eam ob causam, quod videant hujus beneficio sanguinem in tunica oculorum concretum facillimè ac tuto discussione resolvi.

IV. Adprobamus igitur & nos inter alia topica sanguinem columbinum ex corpore vivente, potissimum circa venas alarum profluentem, propterea, quod habeat virtutem resolvendi, ac discutiendi, sine noxa, quæ in aliis quibusdam remediis timenda est, quam possidet ratione salis nitrosulphurei adequatâ humiditate optime temperati.

Ratio affirmatio-  
nis.

V. Obtinet autem animal hoc æreâ natura ejusmodi salem nitrosulphureum in sanguine suo, tum quod ipsum sit temperamenti calidissimi, tum etiam quod alimenta ejusmodi salsa, nitrosa, & aluminosa diligentissime perquirat, iisdemq; ob similitudinem admodum delectetur, quemadmodum satis adparet ab excremento columbino, quod separatum à sanguine totum nihilominus est nitrosulphureum: ita ut ex eodem copiosa nitri quantitas arte eliciatur. Cujus ratione tam efficax est, ut spiritus illi nitrosulphurei in eo excitati ad se integras incendere, & comburere valeant, ut ex Gal. l. 3. de temp. patet.

Vnde sic  
sal nitro-  
sulphure-  
us in co-  
lumbis.

VI. Quod si tam efficax est illa qualitas in ex-

**Columbarum caro bonam sanguinem generat.**

crementis & impuritatibus separatis, ergo nobilior, & praestantior erit in ipso sanguine per digestionem vid. & concoctionem multiplicem preparato, magis scilicet temperata, & animalis natura convenientior redditur. Hinc etiam columbas bonum & laudabilem sanguinem generare, adeoque boni nutrimenti esse dicimus, ut auctores senibus & iis, qui frigidis affectibus obnoxij sunt, alimentum praebeat accommodatissimum, ut habet Quercet. in diet. polyh. l. c. 5.

**Columbae ex accidente tardioris sunt digestionis.**

VII. Nec obstat, quod Avicenna, 2. tr. 2. c. 133. & l. 3. Fen. 13. tr. 1. c. 33 columbas inter alimenta tardioris digestionis esse dicat: hoc enim ex accidente fit in pullis antequam volatu sese exercent ob humiditatem excrementicam abundantem.

**Modus applicationis.**

VIII. Sed tandem quaeritur de modo applicationis. Forest. l. ii. observ. 8. cum alius sanguinem ex alio columbarum calidum prout defluit statim instillet in oculum: recte ex alio, quia in illis partibus vehementiori motui destinatis, ac levioribus, magis alteratus majorique tenuitate praeditus esse videtur. Quo ad cetera melius esset cum aqua quadam appropriata, pro diversitate affectus, calefacta sanguinem persluentem perpetua agitatione miscere, ut inde fiat collyrium: quia alias fibrosae sanguinis partes non separantur: sed una oculo instillantur.



tur, quæ sua tenacitate adherere & collectioni  
fordium ansam præbere possunt.

### QVÆSTIO III.

*An suffusio oculorum per vomitionem  
curanda sit?*

I. *Suffusio* *græci* ὑπόχυσμα *ἢ* ὑπόχυσις *vul-* Suffusio o-  
*go* *cataracta* dicitur, est affectus, teste Aetio colorum,  
tetrab. 2. ser. 3. c. 5. in quo humores circa pu-  
pillam quasi congelati prætersunduntur: ita ut  
visus ledatur ob crassitiem humoris albuginei:  
quæ si totaliter intenditur omnino visionem tol-  
lit, & vocatur *suffusio completa* ὑπόχυσμα *per-*  
*fectum*: quod si non totaliter à crasso humore  
obtenebretur pupilla, sed aliqua parte adhuc pu-  
ra supersit, videbuntur adhuc res objectæ, sed  
singula scorsim; at si in pupilla centro exigua  
consistat *suffusio*, maneatque partes, quæ in  
circuitu sunt pure, omnia quasi per fenestram  
apparebunt. Gal. 1. de causis sympt. c. 2.

II. In hoc affectu num vomitio conveniat *Negatus*  
dubium est? *Negativa* videtur probabi- *quæstio.*  
lis, quia per vomitum peccans materia magis  
ad locum affectum duceretur; utpote, quo ex  
partibus inferioribus humores sursum, & per  
consequens ad ipsos etiam oculos moventur.  
Imo cum vomitus sensibiliter auribus noceat,  
quæ-

quemadmodum ex enormi vomitu surditatem, & gravem auditum aliquando ortum fuisse testatur experientia, Cum Avicen. l. 1. fen. 4. doct. 5. cap. 11. Verisimile est eundem quoque oculis minime convenire.

Confirmat  
ver affirmativa.

III. Sed contra pars affirmativa questionis confirmari potest sequentibus. Quia vomitus visum clarificare dicitur, quod in hoc affectu maxime requiritur. Hoc fieri potest, quatenus vomitus materiam fumosam oculis subtrahit, ita ut sit medium evacuans, respectu inferiorum, & eradicans respectu superiorum. Imo cum albugineus humor per affluxum heterogeni depravatus hoc symptoma introducat, videtur verisimile vomitum convenire, utpote, quo superfluitates educuntur, adeoque causa impuritatis subtrahitur.

Resolutio  
questionis

IV. Pro questionis resolutione notandum, quod suffusio alia sit vera; alia notba; illa sit in oculis per πρὸς τὸ πᾶθος affectu; hac autem frequenter ex consensu ventriculi oritur, ubi prater humorum in ventriculo contentorum vitium utriusque oculo conjunctim similia accidunt, quemadmodum in vera suffusione, ita tamen, ut facili negotio à se invicem distinguantur, sicuti patet ex Gal. l. 4. de locis aff. Quoad veram suffusionem vomitus non convenit, quod argumenta negativa probant: si enim (siquit Cōciliator diff. 121.) lesio provenit oculi à seipsis,

vel à cerebro, vomitus nocet, & in fieri, & in factò: cum plus eleuet peccantia materia ad locum laborantem, quam evacuet. Si verò suffusio fiat ventriculivitiò, rectè cum practico vomitum concedimus, quia subtrahit causam foventem, & continuantem dictam affectionem. Quòd pulchrè probant argumenta pro affirmante sententia adducta.

V. Attendendum tamen, quòd dicto loco *Cautio.* Conciliator monet, ut præcaveamus nocumentum, quòd vomitus introducere potest, quatenus materiam & vapores in cerebrum, & per consequens ad oculos laborantes dirigit. Sit igitur particularis, non admodum frequens, & cum facilitate in corpore disposito, hoc est, per universalem curam antea preparato.

#### QVÆSTIO IV.

*An depravatus auditus mulieribus post partum adveniens eandem requirat, cum illo qui sit in convalescentibus?*

I. Inter auditus lesiones frequens est aurium tinnitus vel sonitus, quem graeci ἤχος ἐν οὐρῶν & μὲν vocant, ubi aures intra se ipsas sonant, ut ut externus sonus rite percipi nequeat, quemadmodum Celsus lib. 6. cap. 7. innuit. Est eundem affectio hæc symptoma in genere uoxa fun-

**Aurium  
tinnitus  
quale sym-  
ptoma.**

*Etionis sensibilis depravat, quia sentis audiendi facultas id quod sentire non deberet, ut inquit Altimarus lib. 1. de med. morb. cap. 34.*

*II. Jam dubitatur, nam hoc malum, quatenus parturientibus frequenter succedit, & in convalescentibus quoque, sepius deprehenditur, utnam eandemque, curationem requirat? Quod ut rectius intelligamus cause inquirenda sunt, cur videlicet talis affectio in utroque, frequenter inveniatur.*

**Cut in pu-  
erperis fre-  
quens au-  
rium tins  
nitus.**

*III. Quo ad puerperas τὸ ὄτι negari non potest, cum plurimae post partum in puerperio non tantum tinnitu aurium, sed etiam imperfecta quadam surditate corripiantur. Verum τὸ δῖότι qua ratione scilicet id fiat, non ita plenum est, praesertim cum videamus uterum, ejusque annexas partes, ubi maximus est in partu dolor, ab auditus organo remotissimas esse.*

**Subjicitur  
ratio ob  
observati-  
one Ana-  
tomica de-  
ducta.**

*IV. Videtur vero consentaneum hoc fieri ea ratione, quatenus, in adjuvando partus opere, facultas animalis omnes intendit vires, ut facilius expulsionem, qua ratione id fieri potest, adjuvet, quam ob causam circa spinalem medullam maximus fit spirituum animalium influxus, cum ab ea potissimum nervi motus infimi ventris prospicientes deriventur, ac postea in musculos distribuantur.*

*V. Pro ut autem vehementissima est haec movendi intentio, ita fieri non potest, quin simul*

*prim-*

principium nervorum potissimum circa posteriorem capitis partem afficiatur, eo scilicet in loco ubi spinalis medulla descendit: atqui artificiosa anatomia docet, quod nervus quinte conjugationis, qui auduui præcît, eo ipso in loco, ubi spinalis medulla descendit, suam habeat originem, brevissimog, ductu statim in aurem internam inseratur, quapropter facillime patet, quod in vehementissimo illo nixu nervus auditorius quoque simul affici possit, ita ut circa illius insertionem post partum humores crassi & viscidob, nativi caloris imbecillitatem, propriamque debilitatem, ratione vehementissima commotionis colligantur, cum aliis etiam in parturientibus, imò & prægnantibus animales facultates sint debiliores, quatenus unius fœtus generationi & absolutioni natura potissimum incumbit.

VI. Quo ad corralescentes negare non possumus frequentissime fieri, ut post morbum aurium sonum adeoq, depravato auditu corrîpantur: causa facillime colligitur, quod videlicet ex morbo facultas alterandi & concoquendi sit debilior, unde plurimos vapores ob imbecillem calorem colligunt, qui ubi petunt auditum organum & id non depravatam faciunt, ut inquit Mercurialis lib. 1. præct. cap. 41.

VII. Hu posu atq, determinatè concludenda cît questio, ubi negativè respondemus, nemirum

In parturientibus & prægnantibus debiliores sunt facultates animales.

Cur in eò, valescentibus aurium tinnitus frequens.

Decisio questionis.

mirum in utroq; affectu non unam & eandem curationem instituendam esse, propterea quod diversitas causarum det alias atq; alias indicationes curativas. Ita in puerperis ejusmodi affectu correptis eò potissimum respiciendum, ut suas purgationes post partum exactè habeant, quibus ritè constitutis toti quoq; prospiciendum, ita ut peccantes humores præparentur & evacuentur: tandem localia quoq; non negligenda, quò materia collecta circa proprium auditus organum incidatur, discutiat & absumatur, ubi còmodissimè pulvis grossus ex Castorei drachma dimidia, olibani, myrbæ ana scrupulo semis, rad asari drachma una confectus & in vino coctus adhibetur, ita ut colatura ejus calida frequenter auribus instilletur, quemadmodum usum hujus remedij cum successu in talibus casibus usurpatum vidimus à Medico celeberrimo Joh. Michelio, Archiducatus Austriæ Superioris Ordinatio.

VIII. At in convalescentibus sufficit, ut respiciamus ad confortationem nativi coloris imbecillioris, quo adjuto, symptoma tale facilimè sua sponte cessat: potissimum verò cerebro per sua corroborantia prospiciendum, ubi Jacob. Horstius, piæ memoriæ, Medicus Professor Helmstädiensis, præceptor noster honorandus magni faciebat rotulas proprias capitales ex ol: nucis mosch: per expressionè, marg:

prepar. corn. cervi usti & s. q. sacch: in aqua  
 Lavendulae soluti confectas. Quod si malum sua  
 sponte post corroborationem non cessat, leviora  
 topica dissolventia usurpantur, uti Crato com-  
 mendat decoctum Origani in vino & aqua pre-  
 paratum, & per spongiam auribus adhibitum.

QVÆSTIO. V.

An Semen nigellæ manifestis vel occul-  
 tis qualitatibus corrigat olfactus  
 lationem in coryza?

I. Præter manifestas qualitates, alias ad-  
 huc rebus in esse dubium non est, ex totius vide-  
 licet substantiæ proprietate provenientes, qua-  
 rum ratione Magnes ferrum trahit, Rhabarba-  
 rum bilem evacuat cranium, preparatum Epi-  
 lepsia confert, de quibus suo loco pluribus age-  
 mus, ubi morbos totius substantiæ considerabi-  
 mus.

Dantur esse  
 cultæ qua-  
 litates.

II. Iam saltem queritur, num Semen Ni-  
 gellæ, cujus usus frequens est in Coryza, pro-  
 prietate substantiæ vel manifestis qualitatibus  
 affectionem dictam corrigat? Prius videtur  
 approbare Langius lib. 1. Epist. 34. ubi Me-  
 lanthij semē catarrho convenire dicit, eo alti-  
 onis modo, quo cōtacto tridente à torpedine ma-  
 rina, piscatoris manus obstupefcit, quo presen-  
 tia Adamantis ac alij magnetis actio, ne fer-  
 rum attrahat, impeditur &c. Idem repetit

Affirmatus  
 prius à  
 Langio.

lib. 2. Epist. 49. ubi nigellam catarrho prodesse dicit, ea ratione, quemadmodum alia non manifestis, sed occultis totius substantiæ viribus aliquid perficiunt.

Posterius  
confirma-  
tur contra  
Langium.

III. Sed posterius potius asserendum esse videtur, idque patet ex Galeno lib. 1. de simpl. medic. facult: ubi inquit, quod Nigella excalsfaciat & siccet ordine tertio, sitq; amara, tenuiumq; partium, atque hac ratione fieri, ut in linteis admota & assidue olfacta catarrhos sanet, scilicet materiam incidendo, exiccando, & sensibiliter ad evacuationem preparando.

In morbis  
manifestis  
frustra que-  
runtur re-  
media oc-  
cultis.

IV. Datis igitur manifestis qualitatibus non opus est, ut ad occultam consugi unius, præsertim in hoc morbo, ubi substantialis proprietates frustra queritur. Cum enim dictus affectus non sit morbus totius substantiæ (nihil enim aliud est coryza, quam destluxus humoris excrementitij à capite ad nares cujus causa est alteratrix cerebri debilitata, quam produciunt nimium frigus, ardor solis & ea que caput replere possunt Gal. lib. 3. de caus. sympt. cap. 4.) consequens esse videtur eidem quoque succurrendum esse per appropriata remedia contraria, non occultis, sed manifestis qualitatibus prædita: quodlibet enim patiens adæquatum & proprium requirit agens.



## QVÆSTIO VI.

An vehemens hamorrhagia narium  
per jecoris epithemata corrigi  
possit?

I. Quamquam vehemens αιμορραγία est  
vix fluxus sanguinis e naribus est symptoma in  
genere excretorum p. n. immodicè: nihilominus  
cum naribus accidat frequentissime, adeoq; ol-  
factum impediatur, non videtur inconveniens de  
eadem quaestionem praesentem movere.

II. Priusquam vero ad resolutionem con-  
troversia accedamus, ante omnia notandum  
sanguinis excretionem praeter naturam ob tri-  
plicem venarum διαδοσης, oriri posse, cum tot  
modis propria sanguinis receptacula labefacien-  
tur, ut sanguinem retinere nequeant: vel e-  
nim sit αναστομισις, quando vasorum orificia  
aperiuntur, tum ob retentrici imbecillitatem,  
tum ob sanguinis plenitudinem, tum etiam ob  
ejusdem acrimoniam, vel alias qualitates ali-  
enas, quibus expultrix irritari potest, vel sit  
διαπυδωσις, quando sanguis instar sudoris  
per tunicas rarefactas, & attenuatas praeter  
naturam transcolatur, vel accidit διαρρη-  
ξις quando vas ipsum sanguinem continens,  
exculceratione, erosione, incisione, ruptura vel

Quot me-  
dici μορ-  
ραγία  
hat.

alias ob causas divisionem & unitatū solutio-  
nem patitur, ut habet Galenus, lib. 3. de causi-  
sympt. cap. 2. Sub hoc tertio modo contine-  
tur etiam illa, quem Hollerius reliquiū addit  
lib. 1. pract. cap. 22. *Διάσχις* videlicet, u-  
bi erosione vel exulceratione vena dividuntur  
& aperiuntur.

Rationes  
pro nega-  
tiva que-  
stionis.

III. Huius positiū queritur, num jecoris epi-  
thema serocent narium hemorrhagiam corrige-  
re valeat? Negativa videtur probabilis ex di-  
ctis, propterea quod omnes enumerata cause  
proximiores ad ipsas natium venas spectent:  
atqui harum dispositionem præter naturam ( si-  
ve sit *ἀναστόμαξις*, sive *διὰ πύλωσις*, sive *δι-  
άσχις*) quomodo jecoris, membri remotissimi,  
topica medicamenta adhibita corrigent & e-  
mendabunt?

IV. Imò cum quodlibet malum contrari-  
um suum indicet, consequens est hic ipsam vena-  
rum apertionem sibi contraria indicare me-  
dia.

Diluantur  
instantie  
de parte af-  
firmativa  
monstra-  
tur.

V. Veruntamen cum artifex Medicus non  
semper causam proximam tantum sed etiam  
remotiores frequenter respicere cogatur, utpote  
sine quibus correctū frustra laboramus in pro-  
ximi extirpandis: idcirco patet interdum ea  
prescribi posse remedia, qua proximæ cause vel  
etiam ipsi affectui non contrariantur.

VI. Ex hoc fundamento practici doctores

inter-

Interdum in vehementi narium hemorrhagia jecoris epithemia commendant, non neglectis alijs, quæ ipsis naribus respectu cause proximioribus adhibentur, propterea quod sanguis effervesceus, & præter naturam ebulliens ab superiora commotus, ad suum principium & fontem, nimirum jecur, removeatur, ita ut postea venarum dispositio morbosa faciliorem admittat correctionem, qua ratione ligatura extremorum, cucurbitula sine scarificatione circa hypochondria, aliæque similia commendantur.

### QVÆSTIO VII.

*An & quomodo Nicotiana vera catarrho vel Coryza conveniat?*

I. Inter alia maxime laudata medicamenta recentiorum est etiam Nicotiana vera, cui ab Hispanis Tabaco nomen inditum, ab Insula ejus denominationem, in qua copiosè nascitur, ut refert Nicolaus Monardes. Alijs Petum vocatur: nonnulli ob insignes virtutes herba Panacea indigitatur.

Nomen Nicotianæ.

II. Quo ad facultates hæc planta calida & sicca in secundo gradu statuitur: ideoq; calefaciendi, resolvendi, mundificandi, & aliquo modo astringendi potestatem obtinet, juxta dictum autorem pag. 331. in latina Clusii versione,

Vires Nicotianæ.

**Affirmatur  
quæstio.**

**III.** *Iam queritur, num hæc planta in catarrho vel coryza sit usurpanda? Affirmativa deducitur ex eo quod respectu qualitatum distillarum defluxionibus humorum pituitosis remedium accommodatissimum esse videatur.*

**Pulvis Nicotianæ  
quomodo  
sit usurpan-  
dus.**

**IV.** *Modum præscribit ejusmodi Everæus in com. de Tabaco; Inprimis, inquit, ad affectus præter naturam capitis deturbandos, nempe catarrhum omnem, vertiginem, & oculorum defluxionem, capitis dolorem, modo ex causa frigida, aliasq; hujusmodi particulas læsione morbi obsessas, plurimum facit pulvis foliorum peti, subtilissimè tritus cribratusq; & in utramq; nares per canalem matutinis temporibus insufflatus, omnem humorem caput infestantem instar errhini purgat & divertit, dummodo illo pulvere per aliquot dierum spacium corpore prius bene purgato utamur.*

**Fumus Nicotianæ  
quid præ-  
stet.**

**V.** *Imò & fumus ejus plantæ accensa naris & ore acceptus idem præstare videtur, ut pote qui resolvente, incidente atque attenuante facultate pituitosos & viscosos humores educit & consumit. Qua ratione Florida incolæ statim anni temporibus solius istius herbe fumo pasci referunt auctores; quem per cornua huius usus comparata ino recipiunt, ubi famem si-*

*sim.*

timq; sedari confirmant, phlegmaticorum in his moribus incredibili copia in os collecta.

VI. Sic & Monardes ad arcendam famem ac sitim, Indos, ubi per inhospita loca proficiscuntur pilulis ex Nicotiana confectis uti refert, etiam post alteram ore continendo, ita ut nullam virium jacturam sentiant, conservato nativo calore etiam phlegmatis copia, quam in os attractam simul deglutiunt & in penuria melioris succi concoquunt. Si igitur tanta est efficacia prædictæ herbe, consequens esse videtur in catarrho & Coryza ejus usum minime improbandum.

Pilulæ ex Nicotiana confectæ contra sitim & famem.

VII. Nec obstat, quod Nicotiana vim quandam somniferam habere videatur, cum refert Dodonæus in stirpium historia, ejus usum longum, ac profundum somnum subsequutum fuisse: immò etiam Monardes liquidò affirmat, dum inquit: sic nostri Indi oneribus ferendi, aut alijs laboribus defatigati, tabaci sumum hauriunt, & illico, quasi mente alienati corruunt, excitati verò resocillatos eo somno, & vires recuperatas sentiunt. Eorum exemplo Æthiopes pro mancipiis eò deducti nimis frequenter eum hauriunt, quo fit, ut eorum Domini egregiè eos castigent, & illorum tabaco exurant, quo ansam auferant sæpius illo utendi, clam tamen uti non desinunt: Hæc ille.

Nicotianam vim obtinere somniferam.

Quomodo  
Nicotiana  
fit somni-  
fera, & si-  
mul etiam  
attenuet  
ac incidat.

VI. Non inquam, hoc absit, quia medi-  
camentum simplex unum & idem potest ha-  
bere diversas, imò etiam contrarias operandi  
virtutes pro diversitate suarum partium, ut sa-  
pius inculcat, Gal. Quod ut magis intelligamus  
notandum ex Nicotiana incensa, si loqui licet  
cum Hermeticis sulphur quoddam narcoticum  
cum sale volatili copioso exhalare: illius ratione  
motum spirituum animalium sistit, & prout  
magis est desecatum, & correctum, quam in  
opio, mandragora, hyosciamo, & alijs, suavem  
inducit somnum, spirituum animalium mo-  
tum inhibendo. hujus respectu vim incidendi, at-  
tenuandi, mundificandiq; possidet. Hoc est il-  
lud condimentum, quo pituitosi humores insipi-  
di conduntur, ita ut ventriculum desuantes,  
potentia sint nutrimentum, adeoq; Nicotiana  
famem, & sitim sedare dicatur: hujus ratione  
specifica & propria, una cum sale fixo, cujus  
extractionem vi calcinationis peragendam a-  
liquot modis docet Everhardus, varies obti-  
net operationes, de quibus non est instituti præ-  
sentis plura commemorare.

#### QVÆSTIO VIII.

An & quaratione mucilago seminis  
cydoniorum lingua nigredinem  
ex inflammatione corri-  
gat?

Symptoma

I. *Symptoma febrium ardentium frequens est lingua nigredo & siccitas, cum inflammatione vehementi, propterea, quod aestus febrilis immodicus, unà cum acribus vaporibus ex inferioribus partibus exhalet, & in spongiosa linguae substantia, promptissime suscipiatur, cui concurrentibus defluxionibus scabriciem, ac nigredinem inducit.*

Vnde fit  
linguae ni-  
gredo in  
febris.

II. *Huic malo per mucilaginem seminis cytoni succurrunt frequenter practici, quod qua ratione fiat, cognoscendum. Vinum refrigerantem, & exiccantem communiter eidem inesse statuunt, unde respectu contrarietatis remedium conveniens esse videtur in inflammationibus. Hinc non solum affectibus linguae per inflammationem productis convenit, sed insuper igne ambustis commodissime illinitur, & secundum Quercetanam libro dicit. sect. 3. c. 3. utile collyrium in oculorum inflammationibus constituit.*

Proponi-  
tur qua-  
estio.

III. *Veruntamen cum vi refrigerandi, & exiccandi condenset, atq; constringat, adeoq; talibus affectibus minime conveniens esse videatur, propterea, quod gangrenam in affecta parte facillime producat: Idcirco remedium hoc non proat simpliciter exiccat, & refrigerat, sed alio quodam modo primis qualitatibus nobiliore officium suum prestare consequens est.*

IV. *Cum autem exhalationes servidae, prout Determi-  
mobiles, & exaltata unà cum humoribus pec-*

natur qua-

cantibus in parte quadam suscipiantur, inflammationes ejusmodi pariant: ideo sequitur illud remedium adequatum esse, quod vim coagulandi spiritus vel exhalationes, & dissolvendi corpora, materiam videlicet, sustinentem fervidos vapores obtineat. Hoc præstat aciditas vitriolata, vel armoniacalis quæ in semine cyton. quoque abundat, cujus ratione mucilago seminis hujus inflammationem lingua, & faucium aliarumq; partium corrigi compescendo ferociam sulphurearum exhalationum: & attenuando, ac dissipando materiam peccantem, in qua dictus fervor sustinetur.

Sal prunelle Chymicorum, seu nitrû præparatum.

V. Hoc est quod experientia docuit Austriacos, & Ungaros, ubi talia symptomata faucium sapissime occurrunt, ob ardentissimarum febrium frequentiam, ut singulare, & specificum invenirent remedium, nimirum deputatum, ac præparatum nitrum cum floribus sulphuris, ex quo trochiscos formant, quos illi vernacula lingua Breunzeitlein vocant, propterea quod morbo huic, quem ab accidente hoc periculoso, Die Breune appellant, presentissimum præbent auxilium. Hos trochiscos in aqua dissolvunt, quam non tantum copiose bibunt ad febrilem æstum extinguendum, sed etiam eadem Gargarismi forma pro lingua scabritie, & nigredine corrigenda utuntur, non propter frigiditatem quandam elementarem heterogenea



cum homogeneis coagulantem, qua hoc loco fingi nequit, sed propter aciditatem harmoniacalem & vitriolatam, qua corpora dissolvere, & spiritus serotientes compescere & coagulare potest, quod ex Mercurij præcipitatione aliisq; rerum naturalium mutationibus facillimè demonstraretur.

## QVÆSTIO IX.

*An dolor gravissimum tactus symptoma propriè calidis & humidis leniatur?*

I. Etsi nihil magis homines præter naturam afficiat, quam dolor, ita ut ille Medicus vulgò sit acceptissimus, qui celeriter in omni morborum genere doloribus leniendis dat operam, utpote cum multi doloris sevitia commoti ad medicamentorum usum accedant, quem aliàs in sana constitutione cum tota medicina ne grj quidem faciunt: tam obscura tamen est doloris essentia, ut de ea classici authores plurimum dissentiant: immò eò usq; perveniunt, ut quidam dubitent, num etiam dolor sensu percipiatur, questione primò aspectu ridiculâ, sed profectò Philosophica consideratione digna, ut paullo post patebit.

II. Vt autem tum demum rem quandam cognoscimus, quando causam ejus proximam

Inquisitione  
causæ do-  
lorum,

non ignoramus, cum scire sit rem per causam cognoscere secundum Philosoph. Idcirco jam etiam de causa doloris merito querimus, doloris, inquam, illius qui non generaliter omnis voluptatū sensualis oppositum est, sed quem Aretæus l. 2. de morbis dicit, c. 12. rem asperam & inimicam sensui nimirum tactus esse dicit, quatenus videlicet dolor nihil est aliud, quā operatio tactus tristis & plurimum inimica, ut ex aliis repetit Langius l. 1. epist. 41, Cardan. l. 1. tr. 5. contrad. 17.

Requisita  
sensationis.

III. Quemadmodum verò ad ipsam *Actus* scilicet ad sensationem tactus tria necessario requiruntur, ut recte fiat, nimirum adæquata organi dispositio, medium justum, & obiectum sensibile proportionatum, ut patet ex iis, quæ proposuimus, in libro 2. nostrarum nobil. exerc. de anima, ideo manifestum est sensus operationem depravatam respectu cuiusdam enumeratorum requisitorum accidere.

Dolor non fit respectu obiecti impropor-  
tionati.

IV. Non autem potest hoc fieri respectu obiecti improporcionati, ut placet quibusdam recentioribus, quia dolor est symptoma corpori humano accidens: at quemadmodum morbus non est extra partes humani corporis, utpote cū sit essentialiter impotentia partium ad agendum à dispositione præter naturam proveniens, ut colligitur passim ex Gal. ubi definitionem eandem inversam tamen, finem medicum respiciendo,

repe-

deperit: Ita etiam Symptoma, quod morbum immediate sequitur, nullam causam proximam extra corpus humanum agnoscit, quale tamen objectum est, sive proportionatum, sive impropportionatum, utpote, quod secundum realem suam existentiam à sensu non recipitur, sed solum per speciem, qua modo quodam incorporeo, quasi aures objecti sensibus offeruntur: ita ut Philosoph, lib. 2. de anim. 1. 121. sensus objecta sua percipere dicat, eo modo quo cera suum sigillum impressum representat.

V. Nec obstat, quod objecti vehementia sensum non tantum depravare, sed etiam corrumpere possit, quemadmodum patet ex Philosopho l. 2. de anima c. 123. & ipsa experientia, quod non sine damno proprio milites Hannibali & Dionysii tyranni subditi quidam victi didicerunt, quorum illi per multam nivem iter facientes oculis vehementer ladebantur, hi vero ex carcere obscurissimo in domum splendidissimam calce illitam educti occidebantur, ut refert, Gal. l. 10. de usu part. c. 3. Non, inquam, hoc obstat, quia objectum hoc prestat non immediate, sed mediante corruptione organi, quod alibi demonstravimus Quæst. 13. Ex. 5. lib. 2. de corp. & an.

VI. Porro cum etiam in medio causa doloris querenda non sit, utpote cujus, quatenus est medium, nulla est actio, relinquatur ipsum organum.

Causa doloris non est in medio.

num in causa esse, ut sensatio fiat dolorifica. Patet hoc maxime, quod sepius adsit nobis sensus dolorificus rectè constituto objecto, rectè quoque sese habente medio. Hoc manifestum est ex eo quod hyemis tempore manus refrigeratâ vehementissimè doleat igneo calore presentis, qui tamen calor in eodem gradu eademque distantia existens non ledit manum alterius minime refrigeratam: sic vulnus ab externo aere vehementer dolet, qui tamen aer reliquam cutem non afficit. Hinc ergo constat in ipso sensus organo causam doloris statuendam.

Dolor sensibus accidit, respectu organi.

VII. Duo vero potissimum organo præter naturam accidere possunt, ad generationem doloris inservientia, nim. intemperies, & unitatû solutio. Quapropter Avicenna l. 1. Fen. 2. Doct. 2. c. 15. duas agnoscit causas doloris intemperiem, & solutionem continui, idque repetit ex quibusdam locis Gal. l. scil. artis med. c. 80. l. 12. meth. med. c. 7. l. 2. de locis aff. c. 5. & alibi.

Non plures sed unâ esse doloris causam immediatam, nimirum continui solutionem,

VIII. Sed cum unum à pluribus immediatè deduci nequeat, utpote cum unus effectus unam tantum causam agnoscat proximam, quicquid etiam contradicat Mercurial. l. 1. præct. idcirco concludimus magis probabilem esse sententiam illorum, qui causam doloris non duplicem, sed unicam tantum in organo statuunt. Quæ

autem

artem sit causa unica rursus non convenit inter omnes. Averroes lib. 3. coll. cap. 13. à sola intemperie dolorem oriri antumat: At Galenus rectius lib. 4. simpl. Med. libr. 1. de caus. sympt. lib. 3. de fract. ad solutionem continui refert causam doloris, cum Arist. lib. 6. Top. ubi partium separationem non dolorem, sed doloris causam esse pronunciat.

IX. Quamvis enim non negemus intemperiem sæpius dolorem inferre, non tamen hoc fit immediatè, sed quatenus continuum solvit in organo sensus, aliàs consequens esset absque intemperie nullum dolorem dari, quod contra sensum & experientiam est. Per continui vero solutionem non intelligimus ipsam motum, quo separatione partium organum alteratur, sed potius illud, quod tali motu productum est, quatenus enim partes in organo vel sensibiliter per secundas qualitates, vel insensibiliter per primas sunt solute, eatenus ob organi malam dispositionem sensatio tristis, adeoque dolor generatur.

X. Nec obstat, quod eo momento, in quo continuum solvitur, dolorem protinus percipiamus, ubi sit animadversio, quia hoc respectu partium non solvendarum, sed solutarum accidit, utpote cum motus à termino suo ad quem partialiter accepto non differat, propterea quod illa moveri dicantur, quæ partim facta sunt,

partim

Quid iam  
telligendum in  
presentia  
per continui  
solutionem.

partim etiam adhuc fiant, ut alias in Physicis demonstratur.

An dolor  
sentiatur?

XI. Hinc patet non ridiculam esse questionem, quam movet Conciliator diff. 77. & Cardanus citata contradicet. *non etiam sentiatur dolor?* quia verum est dolorem non sentiri ut quod, hoc est, ut objectum, sed sentitur ut quo, hoc est, ut *Wis Duetis tristis*, vel immitus sentiendi modus, quem ob organi affectionem sensus communis adesse judicat. Vnde Hippocrate, rectè inquit: qui dolent & dolerem non sentiunt illis mens laborat. Sic etiam vulnerati, dum adhuc ira fervet, dolorem non sentiunt, quia nondum per phantasiae operationem *Wis Duetis* depravatam animam advertunt.

Concilia-  
tio direct-  
satum cau-  
satum.

XII. Si cui tamen placet, quod movent Avicennæ Interpreter Mongius & Costeus causam doloris duplicem statuere, nimirum alterationem, & solutionem continui, quod medico negotio propter curationem, ubi scilicet non semper proxima, sed etiam saepius remota causa sunt respicienda, magis satisfaciat; eidem non admodum repugnabimus, propterea, quod saepius dolorem percipiamus absq; evidenti solutione, alteratione satis manifestâ: saepius etiam unitatis solutio manifestissimâ sine apparente alteratione dolorem introducat.

An vera  
nodyna ca-  
lida humi-  
da? Affir.

XIII. His de essentia doloris praemissis, queritur num vera anodyna sint calida & humida?

Affir.

*Affirmativam tenemus cum communi medico-  
rum schola, dum propter caliditatem & humi-  
ditatem moderatam laxantia pro veris agno-  
scent anodynis, quatenus partes dilatando ma-  
teriam continuum solventem tollunt, & partem  
affectam attemperant, ut sunt Chamomilla, Al-  
thea, Melilot. semina lini, lac, adipēs, olea &c.  
Etsi verò stupefacientia saepius quoque dolorem le-  
nire dicantur, ut patet ex Trall. l. 10. c. 1. Celso  
l. 5. de remed. cap. 25. & aliis multis; non tamē  
hoc proprie fit, propterea quod dolor hisce non  
tollatur per correctiōnem suae causae, sed ex acci-  
denti, quatenus stupefacientibus ipsum innatum  
calidum afficitur, ita, ut una cum dolore sensus  
ipse diminuat, & pars dolens interdum omni-  
no emoriatur.*

stupefaci-  
entia im-  
proprie  
dolorem  
leniunt.

XIV. *Sed quid Hermeticis respondendum, qui  
dolores internos in universum omnes à spiriti-  
bus salium resolutis proficisci volunt, ut patet ex  
Petro Sever. l. Idem cap. 13. Quercetano  
cons. de arthri: & aliis. Quam ob causam  
illa loca magis doloribus affici statuunt, quae fre-  
quenter mucilagines spiritibus salium acutissi-  
mis aliquandiu latitantibus, & tandem effe-  
vescentibus praeditas continere solent, ut sunt in-  
testina, renes, articuli, membranose partes &c.  
Hinc vehementissimi dolores colici, nephritici,  
aribritici, pleuritici &c.*

Sententia  
Hermeti-  
corum de  
causa do-  
loris.

XV. *Idem nobiscū affirmant, nim quod proxi-*

ma causa doloris fit unitatis solutio quam non negamus respectu causa antecedentis frequenter ab eiusmodi acris fluxionibus serosis, vel ut illi loquuntur, à resolutis tartareis mucilagibus oriri. Hac ratione, quaedam anodyna non simpliciter laxando, & partem affectam attemperando, sed specifica proprietate ratione sulobitur anodynii dolores vehementissimos leniunt, spiritus illos salinos è mucilagibus tartareis prodeuntes resolvendo, & corrigendo, ut hac de re differunt Spagyrici.

### QVÆSTIO X.

#### *An dolor arthriticus vena sectionem inducet?*

I. Ut questionem presentem penitus intelligamus opera proclivè esse videtur, naturam arthritidis per determinationem causa proxime considerare, & ex ejusdem essentia questionu decisionem deducere. Est autem arthritid articulorum dolor vehemens ob materiam per affluxionem, vel congestionem p. n. collectam, quæ circa nervosas, & membranosas articularum partes exacerbata sensationem dolorificam generat. Talis materia propriè loquendo non est sanguis, vel alius quidam humor per se consideratus, sed impuritas quadam serosa ad resolutionem, & coagulationem apta, vel in sanguine vel in biliosis, melancholicis, aut

Arthritidis  
quid.

Proxima  
causa Ar-  
thritidis.

pituita



pituitosis humoribus abundans, quam Hermetici Tartaream vocant, propterea quod non incommode cum tartaro vini comparari possit.

II. Originem suam trahit ab ipsis alimentis propter partium concoctioni prospicientium imbecillitatem non rite digesta, unde talis materia copiose cum sanguine vel aliis humoribus abundantibus commiscetur, & ratione similitudinis ad articulos, quatenus glutinoso sanguine gaudent, attrahitur, in iuque tum affluxione tum etiam congestione propter imbecillitatem quandam vel ab ortu, vel alia ratione comparatam colligitur, & statis temporibus suas patitur exacerbationes, ac dolorem producit arthriticum, pro varietate sue nature diversam, quemadmodum hoc pulchre deducit Quercetanus in conf. de arthrit.

Vnde etiam  
tur Tartarum in sanguine.

III. Huic ita constitutum querimus num in hoc affectu venasectio conveniat? Negativa videtur probabilis propterea quod proxima causa dolorem hunc generans non lateat amplius in venis, adeoque impossibile sit per venasectionem eandem corrigere. Adde quod venasectio calorem nativum debiliorem reddat, qui tamen hic potius confortandus esset, propterea quod alias malum hoc potissimum ex depravata concoctione profluat, qua ratione Sac. hi & Venere filia dicitur arthriti, quod per crapulam, & seminis effusionem debilitata natura sanguinem

Quis  
negaturus

amplius exaltè purificare, & materias crudas ac mucilaginosas tartareas separare resciat.

**Affirmati-  
va penitur.** IV. *Contra aff.* placet Celso, qui libro 4. de re med. cap. 24. statim sanguinem mittendum esse censet, ubi sentitur dolor arthriticus; id enim inter initia, inquit, factum saepe annuam nonnunquam perpetuam valetudinē tutam praestat. Non admodum dissentit Aetius terr. 3. fet. 4. c. 23. ubi omnibus diei horis (non observato scilicet tempore aliā consueto) venā secandam esse statuit iis, qui vehementibus doloribus arthriticis insistantur.

**Limitatio  
problema-  
tis.**

V. Sed nota pro decisione controversia, quod medica curatio non semper causam conjunctam proximam respiciat, verum ut plurimum quoque in remotis, & antecedentibus corrigendus est laborandum. Quapropter venae sectioni quoque locū dāmus in doloribus arthriticis, tum temporis potissimum, ubi materia antecedens est sanguinis superfluitas, cujus ratione defluens humor à parte affecta repellitur, & causa fovens proximorem aliquomodo subtrahitur, ita ut natura ab onere & copia quodammodo levata cruditates magis concoquat, adeoque sanguinis impuritates per loca consueta melius secernat. Coniunge Card. l. 1. tr. 3. contradict. 24.

*Ita de quibusdam sensuum affectionibus corrigendis agere volumus.*

Σὺν Δ. Φ̄

## DECAS QUARTA.

Continens controversas quæstiones morborum quorundam organorum vocis & respirationis.

RESPONDENTE

M. DONATO FREIWALDO, M.D. S. S.

ωρσοίμιορ.

**V**T sensuum beneficio species sensibiles apprehendimus, & conceptuum nostrorum initia formamus: ita formatas notiones ope partium vocis ac respirationi inservientium vicissim loquela exprimimus, & hoc modo animi nostri sententiam aliis communicamus. Non igitur extra methodi legem esse Ratio con- videtur, de morbis quibusdam sermonem ac re- tinuatio- spirationem laedentibus consequenter quædam nis. problemata subpicere, cum de sensuum læsionibus præcedenti exercitatione dictum sit.

## QVÆSTIO I.

*An ancyloglossis, qui vix loqui possunt, sectione succurrendum?*

1. Quamvis ad vocis & sermonis generationem plurima membra requirantur, ut lib. 1.

Linguae pri-  
marium  
vocalis or-  
ganum.

de corpore & a. Exerc. 10. quæst. 9. de-  
monstravimus: inter illa tamen primatue lin-  
guæ attribuitur, cujus beneficio vox in larynge  
adjuvantibus pulmonibus generata & à palato  
& gurgareone conservata, cum aliis partibus in-  
servientibus articulata redditur & sermone si-  
gnificantem constituit, quod publice declarant  
Dd. Conimb. lib. 2. de an. c. 8. quæst. 5.

Quomodo  
lingua vo-  
cem for-  
mat.

II. Præstat autem lingua suum officium po-  
tissimum in sermone formando motu suo vario,  
cujus beneficio reliquis partibus oris adjuvanti-  
bus vocem in larynge formatam variè seangit,  
& pro verborum varietate dissecat & distri-  
buit.

Ἐγκύλι-  
ον τι εἶναι  
quid sit.

III. Impeditur autem hic motus linguæ suæ-  
quenter in quibusdam hominibus, quos ænclo-  
giolos vocant, de quibus quaeritur, num iudici  
sectiōne chirurgica succurrendum sit? Affir-  
mative videtur probabile, propterea, quod  
ἔγκυλιον Budæo interprete sit lin-  
guæ vinculum nervosum p. n. quo motus eius im-  
peditur, & per consequens, loquela redditur  
mutilata, præsertim tunc temporis, ubi litteræ  
difficilioris pronunciationis, ut sunt l. r. k. ex-  
primenda veniunt.

Modus se-  
ctiōnis ex  
Actio &  
Rauis.

IV. Hinc Actius Tetrab. 2. serm. 3. c. 36.  
& Paulus lib. 6. de remed. cap. 29. ἔγκυ-  
λιον vel lingua incurvationem, sive sit à na-  
tura, ubi demerentes linguam membrana ducio-

res & curtioreſ ſunt ab initio natiuitatiſ, ſive ſit ex adventitia quſdam cauſa, propter cicatricem aliquam anteriorem ex ulceratione ſub ipſa lingua inductam, ſectiōne artiſicioſa curant, linguam ad palatum adducendo, & nervoſum vinculum tranſverſim ſecando, ſi vitium eſt ab ortu, vel quicquid durum eſt, ſi cicatrix in cauſa, vi ferri abſumendo, ani adverſione adhibita, ne ſimul ſubiacenteſ vene ladantur: quibus peractū aqua frigida aut poſca os colluunt. & poſtea laxatorio & incarnatorio medicamentis ductū curationem abſolvunt.

V. Hoc eſt quod noſtri quoque tentant chirurgi, non ſine ſucceſſu in infantibus quibusdam membranam linguam ſuſtinentem duriorē & mutilam habentibus, ita ut lingua contractionem lactis etiam ſuſtioni non ſufficiant, quemadmodum Foreſtus lib. 30. obſer. 30. teſtatur.

VI. Sed notandum, quod interdum lingua contrahi, adeoque apparens ἀγκύλωσις generari poſſet ex humore lento & areſcente, quod in febribus acutiſ frequentē apparet, ubi omnino noxia & pernicioſa eſt ſectio, cum potius violacem oleum, malva decoctum, lac aliāq; ſimilia humectandi & emolliendi vi prædita conveniant.

## QVÆSTIO II.

*An vocis asperitas aceto scillitico corrigenda sit?*

*Affirmati-  
va quæsti-  
onis.*

I. *Affirmativa quæstionis pars veritati consentanea videtur: cum enim acetum Scilliticum, teste Galeno lib. 7. de com. p. med. sec. loca in fine maxime profuit orthopnoicis & asthmaticis propterea quod diffecantibus medicamentis citra calesactionem insignem indigeant, in quorum numero Scilla quoque habetur, que vim incisivam abunde possidet, non tamen fortiter calidam ut habet Galen. libr. 8. Med. simpl. 6. Scilla, Paul. Ægineta libr. 7. de re med. cap. 3. Aetius Tetrab. 1. serm. 1. Oribas. lib. 2. collect. Idcirco videtur consequens Avicen. quod dictum verum esse, dum acetum scilliticum vocis asperitati convenire statuit, cum autore tertii libri facile parabilem, ubi idem innuitur, ut monet Cardanus libr. 1. tract. 3. contrad. 10.*

*Vnde vox  
fauca.*

II. *Nec deest ratio: cum enim vox rauca & aspera fiat ob humiditates viscosas circa guttur & asperam arteriam collectas, ubi soni purioris generatio impeditur, propterea quod humidiora minus ad sonorum productionem apta sint, quam sicciora & duriora, ut habet Philosophus sect. 11. probl. 12. Ideo ratione contrarietatis indicatio medica diffecantia & attenuantia requirit, quod acetum scilliticum virtuti-*

*bis*

bus imbutum optimè præstat, sine insigni partem calefactione.

III. Et quamvis maligna quedam acrimonia sit in scilla, cuius ratione minus convalescens esse videtur faucium asperitati: non tamen obstat, quia semper necessarium est, ut legitima præparatio & malignitatis separatio præcedat, potissimum in scillis palustri vel sordido loco generatis & nunquam transplantatis, in quibus veterum ille modus præparandi, ubi pastæ tantis involuta roquantur in furno calido, non videtur esse sufficiens, sed multo melior est illa ratio, quam præscribit. Quercetanus in thormac. dogm. cap. 12.

Acrimonia scillæ quomodo corrigatur.

IV. Cautio tamen adhibenda, quoad generationem rauca vel aspera vocis secundum Galei. 7. de comp. mèd. sen. loc. cap. 1. ut distinguamus ranciditatem vel asperitatem vocis, que sit communiter ob materiam defluentem & organum dillu immersam (de qua omnia que diximus accipienda sunt) ab illa vocis læsione que vel ex clamore, vel ex phlegmone oritur, cui dilla remedia minimè conveniunt.

Limitatio affirmationis.

QVÆSTIO III.

*As frequens usus Eclegmatum conveniat in tussi?*

Tussis cui  
subiecto  
sic tribuen-  
da.

I. Tussim frequenter organū respirationis accidere nullus est, qui nescit, quamvis de subiecto patiente nondum omnino conveniat inter medicos, dum Avicenna statuit esse passionem vel affectionem pulmonum, innuens materiam tussam producentem semper in ipsis esse pulmonibus contra Galenum, potius pectoris & diaphragmati tribuere esse voluit, dum ipsam respirationem primò pectori & ex accidenti tantum pulmōni tribuit, pulmonem sensu manifestissime præditum statuere, ita ut sui rationem noxiam non percipere, nec perceptam iusmodi motu expellere queat. Viriꝝ horum Averroes lib. 2. coll. cap. de juram. pulm. sese opponit, & potius cordi quam pulmōni vel pectori hanc affectionem dicit, propterea, quod cordi causa pulmones proprium obtineant motum inspirationis & expirationis, quod or, sentiens hoc momentum, tussim excitet ad removendam à vjs spiritalibus materiam noxiam.

II. Et si verò probabilem judicamus Averrois opinionem, ubi peculiarem ac proprium motum pulmonibus tribuit, quem admodum patet ex lib. 1. nostrarum Exerc. nob, de corp & an. exerc. 9. quæst. 8. ubi controversiam hanc resolvimus, non tamen videmus, cur cordi potius, quam pulmonibus attribueda, propterea quod ipsa respiratione simpliciter  
confi-



considerata nullo modo cordi, tanquam proximo organo, sed semper pulmonibus adscribenda sit, quamvis nullus negare queat gratia cordis eandem fieri: at verò subjectum actionis simpliciter, est etiam subjectum actionis lesa.

III. Quapropter concludimus cum Matth.

de Gradibus in com. ad 9. Rhaf. cap. 49. *Tussis pulmonum & pectoris affectus.*  
 quod tussis sit affectio pulmonis & pectoris, illius autem immediate & primò, huius secundo, quatenus pulmonem in expellenda re noxiâ pectoris motus adjuvat. Est enim tussis vehemens afflatio cum strepitu per fauces erumpens, qua fit à constrictione pulmonis & pectoris propter naturam, quando via expultrix à causa quadam vias respirationis intercipientem, humoris videlicet affluxu vel affluente, sive alio corpore obstruente, aut aliena qualitate prima vel secunda spiritalibus organis accidente, irritatur. *Definitio tussis.*  
 Galen. lib. 2. de caus. sympt. cap. 4.

IV. Queritur jam an in tali affectu praesertim ubi ab humoribus affluxu & affluentibus oritur, frequens eclegmatum usus conveniat? *Afirmatus quæritur.*  
 at i Afirmativa placet plerumq; prædictum, quod frequentissime præ tussi corrigenda loco vel eclegmata respectu cause diversæ variâ præscribere videmus. Nec deest ratio, cum talibus medicamentis in tussi illa frequentissima, *quæ*

que à fluxionibus oritur, tam antecedenti quàm continenti causa succurrere possunt, vel etiam intentione mixta simul utramq; respiciant.

V. Sunt enim loch vel eclegmata aut attenuantia, incidentia ac detergentia humores viscidos obstruentes, quemadmodum apparet in loch de s'illa, sano & experto, è pino, è prassio & similibus: aut sunt incrassantia & lenientia humores calidos & acres affluentes, ut sunt loch de papavere, de Psyllio, de Portulaca, Diacotion simpli, Galen. & alia: imò sepius ex dictis medicamentis tertium generatur artificiosa compositio, quo partim ad materiam affluxa dissolvendam & expictorandam, partim ad affluentem incrassandam & inhibendam respiciunt.

VI. Veruntamen cum lochoch & eclegmata frequenter & diu usurpata non tam pectori, quàm ventriculo illabantur: ideo cautio adhibenda est, ne usu illorum continuo viscerum robur dissolvatur, cum ratione dulcedinis, qua facit ut simul scrudi humores attrahantur, obstructions generentur, ita ut cruditatibus auctis caput magis repleatur & ob hepatis temperamentum alteratum hydrops subsequatur, sicuti monet Crato in opere Epist. à Scholzio editarum epist. 18.

Improbatur frequens usus eclegmatum.

Hinc

VII. Hinc tutius esse videtur in ejusmodi affectibus bechicis & subtergualibus uti, quae ore detinentur & sensim defluunt, quam quotidianum eclegmaticum usum continuare quamvis non negemus eundem interdum minus negligendum esse, praesertim ubi rarius, & singulari animadversione adhibetur, nec citius ad ventriculum, quam pectus defluat materia medicaminis, talia usum patris,

QVÆSTIO. IV.

An vena sectio tentanda sit in principio Angina?

I. Angina præ reliquis vitii morbu-  
 acutissimus, teste Alex. Tralliano lib. 4. cap.  
 1. cum agros laquei suntq; more strangulare so-  
 lent, unde Grecis merito κνάρχη ἀπὸ τῆς  
 στυάρεσθ, ἢ κνάρχεσθ, hoc est, à suffocando  
 dicta fuit. Est autem angina proprie dicta non  
 omne vitium gutturi vel faucibus accidens ac  
 respirationem impediens, quo sensu vox hæc sæ-  
 pius à veteribus usurpata invenitur, sed potius  
 est faucium sive gutturi compressio ab inflam-  
 matione, secundum Galenum lib. 4. de loc.  
 aff. cap. 3. quæ ratione squinantia (ita enim  
 ex corrupto græco vocabulo perperam Latine  
 dicitur) Concilia: ori diff. 188. dicitur fra-  
 gocatæ

focatio circa guttur ex apostemate consurgens.

II. Cum vero per inflammationem fauces vel guttur varijs modis affici possit, idcirco plures anginae differentiae statuuntur ab autoribus, quemadmodum videre licet apud Hippocratem lib. 3 progn. Galen. lib. 4 de loc. aff. cap. cit. & lib. 4 Aph. in com. 34 ubi simul & illic numerantur praefocationes, quae ex organicis morbis, utpote luxatione vertebrarum, colli & similibus oriuntur.

III. Verum de his speciebus anginae, quae maxime spectant usum medicum & secundum Galenum locis citatis, Aeginetam lib. 3 cap. 27. Trallianum loco supra citato & alios dividuntur in  $\kappa\omicron\nu\acute{\epsilon}\chi\alpha\nu$  ubi gutturis interni musculi, in  $\pi\alpha\sigma\chi\alpha\nu\acute{\epsilon}\chi\alpha\nu$  ubi gutturis ejusdem externi musculi inflammantur: in  $\sigma\upsilon\nu\acute{\epsilon}\chi\alpha\nu$ , ubi faucium interni musculi & in  $\pi\alpha\sigma\sigma\omicron\nu\acute{\epsilon}\chi\alpha\nu$ , ubi faucium externi musculi inflammationem patiuntur, jam quaerimus, num in principio venae sectio conveniat.

IV. Negativa videtur probabilis ex sententia Melucci, qui interdum medicamentum praemittendum esse statuit, tunc temporis potissimum, ubi materia peccans simul cholericæ vel phlegmaticæ est, propterea quod materia cholericæ subtracto sanguine per venae sectionem

magis

Negantis  
argumeta.

magis ebullire & effervesce. phlegmatica vero cruditatem majorem induere solet. Imò si verum est, quod dicit Avicenna lib. 3. Sen. 9. tract. 1. cap. u. melius esse, ut remaneat virtus in corpore & per evacuationem peccans materia subtrahatur, omnino sequitur in Angina ab inflammatione cholericâ vel phlegmaticâ sanguinem in principio non esse mittendum, tum hac ratione virtutis quâdam imbecillitas subsequatur & cholera vel phlegma non primò eva uentur, utpote quæ materia potius purgationem, quam venæsectionem indicant.

V. Sed contrarium cum Matth. de Gradibus in 9. Rhaf. tr. c. 48. Paulo Aegineta lib. 3. cap. 27. Actio tetrab. 2. lect. 4: Contraria  
 cap. 47. Celso lib. 4. cap. 4. & alijs recen- um defensio  
 diorū ac veterem libentius defendimus, quod dicitur.  
 scilicet in omni Angina, sive sanguine cholera vel phlegmate, sive solus peccet, initium à venæ sectione sic faciendum, modo virtus, etæ vel aliquod aliud impedimentum non repugnet: quia in principio statim eo respiciendum, ut affluxus humorum ad partem affectam inhibeatur, quod commodè Venæsectione fieri potest, revellendo videlicet materiam affluentem à parte affecta.

VI. Ut enim in alijs inflammationibus sanguis mittitur, non respectu illius materie,

quæ jam actû apostema in parte quadam præduxit, sed præservationis ergo, ratione materiae adhuc affluentis & inflammationem augmentis: ita etiam hic venesectionem in principio præscribimus, ne affluentibus humoribus major fiat inflammatio & consequenter præsens suffocationi periculum imminet.

Satisfit rationibus  
Mesæci.

VII. Hinc patet Mesæci rationes nihil aliud probare, quam quod phlebotomia evacuens non requiritur, utpote, quæ tantum in plebora convenit: eo ipso tamen non tollitur hoc, quod respectu affluentis materiae, ne affectus reddatur deterior, derivatio per sanguinis missionem institui possit.

An semel  
vel parti-  
ris vicibus  
sanguis ex-  
trahendus.

VIII. An autem semel vel partibus vicibus educendus sit sanguis dubium est: Avicenna citato loco vetat sanguinem plurimum subito extrahere, præsertim ubi virtus debilitari incipit: Si vero fortior est virtus ad animi defectum usque sanguinem mittendo progreditur. Reliqui principes maxima ex parte eò inclinant, ut pluribus interpositis vicibus sanguinem evacuandum esse censeant: cumulatam enim, inquit Altimarus cap. 46. universimque facta evacuatio animi defectionem excitat, suffocationisque periculum infert, quod in præsentibus morbo alias plurimum timendum est.

## QVÆSTIO V.

*An Asthmaticus vomitus proficit?*

I. Ασδυατικοὶ *græcè*, anhelosi *latinè* vocantur illi, qui citra febrim spiritum densum emittunt, more illorum, qui velociter currendo defatigati sunt: quod si levius est symptoma, ita ut citra sonum exiguè densa & crebra sit spiratio, δύσπνοια laborare dicuntur: si vero densissima & creberrima est spiratio, ita ut ob imminentem suffocationem jacentes non nisi re-  
*Non πνοια.*  
 cta a tergo respirare possint, οὐ δύσπνοιοι vocantur, quemadmodum colligitur ex Galeno lib. 1. de diff. respirat. cap. 11.

II. *Causa dictarum affectionum est angustia circa aspera arterie propagines, potissimum in bronchiis vel per obstructionem à lentis & crassis humoribus ibidem collectis, vel etiam à stansiosa materia, vel per coarctationem à tuberculo quodam p. n. vel per subsidentiam à qualitate valde resiccante producta. Et si enim rarius à siccitate talis affectus generatur, non tamen impossibile videtur Avicenna lib. 3. fen. 10. tract. 7. cap. 38. quod ulterius confirmat Salius in Altimar. cap. 38. non tantum ratione, cum siccitas dilatationi & constrictioni pulmonem impedimento esse possit, sed etiam experientia, propterea quod Asthmaticus quidam juvenis solà victus ratione humida aliquando curatus fuerit.*

*Causa communis harum affectionum.*  
*Sola siccitas an faciat Asthma.*

Negativa  
quæstio-  
nis.

III. *Querimus jam num in Asthmate, illo videlicet quod frequenter accidit, per obstructionem à viscidâ materia (à quo reliqui dicti affectus tantum secundum magis & minus differunt, ut post veteres innuit Weccerus lib. 2. Syntax. par. 2.) agrotantibus vomitus prescribendus? Negativa fortassis veritati consentanea videbitur, tum quod peccans materia non hæreat in ventriculo, sed in pulmonum cartilaginosis meatibus: at vomitus non pectoris vel pulmonum, sed ventriculi particulari est evacuatio. Adde quod vomitus duplici modo nocere possit, tum quatenus caput replet & fluxiones auget, unde postea causa morbifica ob assurgentem materiam deterior redditur: tum etiam, quod periculosus sit ob suffocationem imminentem alias, quæ respectu vomitus excitati sit major.*

Affirmatur  
quæstio.

IV. *Contrarium tamen, quod videlicet aliquando in Asthmate vomitus instituendus, habet Paulus Aegineta lib. 3. de re med. cap. 29. ubi vomitum radice raphani & similibus excitandum esse statuit: idem innuit Oribasius lib. 9. item Actius tetrab. 2. serm. 4. c. 57. ubi ex Archigene vomitum à radicibus per intervalla suscitatum approbat.*

Additur li-  
mitatio.

V. *Sed nota quod illud ipsum fiet tunc temporis ubi copiosa pituita in ventriculo collecta est, cujus respectu suffocationis periculum imminens major redditur, idq; tentatur in assuetis, ubi toe*



indumenta ex vomitu non sunt expectanda: sic enim natura ab onere levata citius materiam proximam in ipsis pulmonum meatibus peccantem aggreditur, & alteratione sua ad expulsionem preparare conatur: adde quod hac ratione ventriculo repurgato fluxionum antecedens causa & per consequens morbi continua augmentatio tollatur, quatenus materia ulterius affluens inhibetur.

VI. Negativā ergo concedimus, si de proximā causa morbifica crassā videlicet & viscosa materiā in bronchiis pulmonū harente, sermo est, respectu cuius vomitus minimè convenit & videtur sed potius hic ea præscribenda, quæ citra vehementē calefactionem extenuant & abstergunt: immodico enim calore, ut & frigore, crassi & tenaces humores crassescunt magis, cogunturq; ita ut postea difficulter abstergi & avelli possint, ut inquit Fuchsius lib. 2. meth. c. 7.

VII. Hanc ob causam conveniens hic est, oxymel squilliticum, ipsa scilla preparata cum melle trita, & similia, inter quæ est etiam oxymel Cætonis in difficultate spirandi remedium presentissimum, si sensim cochlear integrum deglutiat, quod sit ex Herba Hysop. origan. Marub. puleg. veronic. scabiosa caro. ben. ana M j rad. jreos incisa ℥j. Agarici albiss ʒss. Zing. ʒij. Decoquatur in s. q. aceti affusa tertio

parte aqua, & adde mellis puriss. q. s. iterum  
ad justam consistentiam coquatur & fiat oxy-  
mel.

QVÆSTIO VI.

*An hæmorrhagia narium conveniat in  
peripneumonia.*

Peripneu-  
monia  
quid.

I. περιπνευμονία ή πνευμονία vel affectus  
περιπνευμονικῶς, ut Celsus lib. 4. cap. 7.  
vult, est ille, quem latini pulmoniam vocant,  
ita ut sit in numero illorum morborum, quos  
Galen. lib. 2. Meth. Med. à lesa parte affe-  
cta nomen accepisse statuit: Est enim Paulo  
teste lib. 2. de re med. cap. 30. pulmonis in-  
flammatio, cum febrī acutā quemadmodum ad-  
dit Aetius, quod ex variis Galen. locis repe-  
tere voluerunt, quā ratione Conclistori  
quoque diff. 100. pulmonis phlegmone dicitur.  
Malum sanè vehemens & acutum, quod  
plus periculi, quam doloris habet, veluti Celsus  
citato loco inquit, utpote cum teste Hipp.  
lib. 2. & 3. de morb. & lib. περι πνευμονίας  
judicetur die septimo, aut decimo quarto, aut  
ad summum vigesimo, ubi pauci effugiunt.

II. Dubitatur autem num in hoc affectu con-  
veniens judicetur hæmorrhagia narium? Af-  
firmativum habet Aetius tetrab. 2. ser. 4.  
cap. 56. ubi inquit: Si ad salutem permutetur  
morbū, sanguinis eruptio à naribus abundan-

Affirmatur  
questio.

ter sequitur. Consentit Altimarus de med. morb. cap. 51. iisdem verbis, item Fuchsius lib. 2. de med. morb. cap. 9. & alij practi-  
corum.

III. Verum Negativa potius Galeno placere videtur lib. 3. de crisi- bus dum inquit: con- tingit interdum, ut per sanguinem fluentem è naribus phrenitis solvatur: non tamen lethar- gus aut peripneumonia fluxum sanguinis amiat. Nec ratio deesse videtur: cum enim hemorrha- gia narium cholericis inflammationibus à te- nuibus humoribus pro venientibus conducens videatur, consequens est eandem nocere in af- fectionibus, quæ à pituitosis humoribus suam ducunt originem. At vero peripneumonia, licet ab omni humore fieri posse videatur, frequenter tamen & maxima ex parte sit à phlegmate, quod Avicenna libr. 3. fen. 10. tract. 4. cap. 10. intuit, propterea quod in membro raro & subtili raro tenuis humor continuatur, sicuti contra in substantiam crassam & densam raro crassi humores irruunt.

IV. Sed pro conciliatione notandum ex Fo- resto libr. 16. observ. 46. quod sit distin- guendum inter peripneumoniam biliosam & sanguineam quæ hemorrhagia frequenter sol- vuntur, quod voluit Aetius & inter phlegma- ticam, de qua loquitur Galenus eamq; cum le- thargo conjungit, utpote cum quo respectu cause

Negatur ex Galeno.

Concilia- tio per di- stinctio- nem perip- pneumo- niz.

convenit. Patet igitur utramq; partem quaestio-  
nis cum limitatione accipiendam esse.

V. Quamvis autem Galenus citato loco tan-  
tum loquatur de phlegmatica pulmonia, non  
tamen cholericam & sanguineam negavit, pro-  
pterea quod lib. 2. Aph. com. 19. acutos mor-  
bos enumeret ex calidis humoribus procreatos,  
eisdemque pulmonum inflammationem addat.  
Quod rationem Ariceane attinet, illa nihil aliud  
concludit, quam quod frequentius ex pituitosis  
humoribus originem suam hic morbus habere  
possit, quam ex calidis, ut interpretes Costeus  
& Mongius innuunt, etsi hoc fiat, non qua-  
tenus tales sunt, sed pro ut ex accidenti putre-  
scentes incalescunt, & inflammationem produ-  
cunt.

### QVÆSTIO VII.

An & quomodo pleuriticæ vena  
secanda?

Pleuritis  
quid

Signa pleu-  
ritidis.

I. Affectus quem Celsus lateralem dolorem  
vocat πλευριτις graecis dicitur, estq; proprie in-  
flammatio membranae intrinsecus costarum & la-  
tera succingentis, ut habet Galen. lib. 6. Aph.  
com. 33. & lib. 5. de loc. aff. cap. 3. Mani-  
festatur a. hic morbus suis pathognomonici si-  
gnis, ut sunt dolor lateris pungens, quate-  
nus pars membranosa inflammata est: febris  
acuta, propter cordis viciniam: læsa respira-  
tio,

tio,

tio, quatenus propter dolorem instrumenta respirationis quodammodo impediuntur, & cussis plerumq; cum subsequente sputo cruento, propter exundantem humiditatem tenuem a pulmones, quemadmodum ex Galeno lib. de const. ar. cap. 15. & lib. 2. de loc. aff. c. 9. colligitur.

II. De hoc morbo quaeritur, num eidem venesectione succurrendum sit? *Affirmativa videtur probabilis, propterea quod adsit vehemens febris, vehemens dolor & ingens ac periculosa inflammatio, quae omnia remedium magnum, quale est, venesectio, indicare videntur.*

*Affirmativa quaestio- nis desequitur.*

III. Nec obstat quod Hipp. lib. 2. vict. acut. calidis somentis in pleuritide dissolutionem tentare jubeat: id enim fit ubi mitis videtur lateralis morbus, ita ut venesectione opus non habeat, si enim talibus malum non cedit, nihilominus ad sanguinis evacuationem accedendum est, quod patet ex historia Anaxionis, cui post adhibita somenta calida Hippocrates octavo die venam aperuit, ut videre licet in 3. de morb. vulg.

IV. Ita & illud limitatione indiget, quod habet lib. 2. de rat. vict. ubi ait: dolore ascendente ad jugulum venam secandam, eodem descendente, purgante pharmaco utendum esse, quod posterius de pleuritide, ubi febris vehemens non est, intelligendum: alias enim, quod monet

Altimarus, in vera pleuritide propter vehementiam febris presentis venesectione convenientior est: qua ratione Aetius quoque tetra-  
 trab. 2. serm. 4. cap. 68. idem dicens intelli-  
 gendus est.

Quenam  
 vena sit in-  
 cidenda in  
 pleuritide?

V. Ut autem practici in eo plurimum consen-  
 tiunt, in pleuritide venesectionem convenien-  
 tem esse, sic de ipsis venis aperiendis plurimum  
 disident, ubi principum Medicorum varia di-  
 cta discordiam generant. Avicenna libr. 3.  
 fen. 10. tract. 5. cap. 1. phlebotomiam in prin-  
 cipio morbi statim ex latere adverso & maxime  
 ex saphena opposita in longitudine instituit. A-  
 retæus vero die prima morbi venam secandam  
 esse statuit in brachio opposito lateri dolenti:  
 cum præstet sanguinem peccantem procul abdu-  
 cere ut inquit lib. 1. de curat. mor. acut. c. 10.  
 Galenus contra lib. de curat. rat. per ve-  
 nasect. cap. 16. convenientissimum pleuriticis  
 esse statuit venam in brachio laborantis lateris  
 aperire; idq; confirmat experientia, quod sectio  
 in eodem latere sæpius & frequenter maximam,  
 in adverso vero nullam vel obscuram utilitatem  
 attulerit.

Concilia-  
 tio diver-  
 sarum opi-  
 nionum

VI. Verum ut ex hac autorum dissensione nos  
 extricemus, pro conciliatione notandum esse vi-  
 detur, quod venesectione vel sit evacuans, vel re-  
 vellens, vel derivans. Quod attinet venesectionem  
 qua gratia evacuationis propter sanguinem co-

*plac peccantē in toto instituitur, in illa vena majores in cubito potissimum secantur, nisi vitium sanguinis in mulieribus à suppressione menstrua ducat originem, ubi venas in poplite vel talo incidere magis convenit, cum hac ratione non tantum inutile tollatur, sed simul etiam consueta evacuatio rursus procuretur, ut habet Galenus lib. de curand. rat. per venæ. cap. 11.*

*VI. Quod si revulsioni gratia venasectio instituat, cum omni revulsio respiciat humores ad partes affectam fluentes, merito ille venæ eliguntur, per quarum sectionem fluxus ad affectam partem inhibetur. Tales sunt venæ partium oppositarum, non quidem proximarum, sed remotiorum, imprimis respectu longitudinis & latitudinis ipsius corporis, cum observata rectitudine non tam naturæ, qua dextra dextris & sinistra sinistris opponuntur, qua in alijs revulsionum remediis minimè negligenda esse videtur, quam respectu manifestorum ductuum & meatuum, qui sunt inter venas partes mittentis & oppositas.*

*VIII. Quemadmodum vero venasectio res vellens proprie dicta est ad partes remotas, ut materia non amplius affluat: ita derivans instituitur ad partes vicinas & proximas propter materiam ex affecta parte ad alium locum derivandam, ut inquit Galenus lib. 2. de arte curat. cap. 2.*

Conclusio  
& determi-  
natio quæ-  
sita.

IX. His præmissis concludimus in corpore plethorico, ubi evacuationis causa venæ sectio instituitur non plurimum interesse, nam ex hac vel illa parte sanguis educatur, cum hic non primò ad morbum, sed ad sanguinis in toto abundantiam potius respiciendum sit: ac si morbi respectu circa initium ob affluentem materiam inhibendam venæ sectio instituat, venæ brachij oppositi eligantur, quod voluit Aretæus, interdum etiam venæ poplitæ vel tali ubi mensstrui, vel hæmorrhoidum consuetæ evacuatio suppressa est, quemadmodum Avicenna voluit. in eodẽ verò latere venam secandam esse jubet Cerrivatio, ubi ex ipsa parte affecta quippiam ad proximiorum locum derivare conamur, quo modo Galenus ejusdem lateris brachium pro phlebotomia eligit.

X. Vbi igitur materia adhuc in fluxu est, revellendam ad partes contrarias maximeq; remotas: ac si materia jam fluxit, & nihilominus nondum parti penitus impacta est, ad propinquas partes derivatio instituat. Vide Mongium & Costeum ad citatum Avicennæ locum Mercuri. lem lib. 2. præct. cap. 6. Capivac. lib. 2. præct. cap. 3. Anton: ab altomar. de med. mor. cap. 50. & alios.

## QVÆSTIO VIII.



An mulieribus spuro sanguinis labo-  
rantibus menses moven-  
di?

I. Vi sanguis natura thesaurus est, utpote  
quo vita nostra quotidie restauratur, quatenus  
ex eo singulae partes nostri corporis nutriuntur  
atque conservantur: ita profusio ejus toto gene-  
re prater naturam dicitur, nisi vel robore na-  
tura fiat, in criticis quibusdam excretionibus  
acutorum, Galenus lib. 3. de caus. cap. 11.  
vel peculiari natura intentione certis tempori-  
bus instituat, quod in naturali menstruum  
fluxu muliebri satii apparet, Galen. lib. 3. de  
caus. symp. cap. 2.

II. Inter omnes autem sanguinis eruptio-  
nes prater naturam difficilima & periculosa sa-  
eiu est αιμοπλοϊ, & αιμόπτυσις, η αιματ  
πλοϊσις sanguinis exputio vel eruenta spuitio,  
ea videlicet sanguinis rejectio, qua sursum per  
os cum tussu sanguinis exputitur, ubi illa maxi-  
me attendenda, qua fit ob venas in pulmone vel  
αυλοστόμωνι vel δ'αίματι patientes, & tam  
severa est, ut mirari quis possit, quomodo sapius  
natura tali in casu salutem sibi polliceri queat,  
cum tamen ad quamlibet modicam etiā acro-  
tam sanguinis effusionem expavescamus, quod  
visceris hujus, pulmonis videlicet πνεύμονια  
efficit, mortis securitatem falso promittendo.

Periculosus  
affectus  
sanguinis  
exputio

**Viri juve-  
nes cur hoc  
affectu la-  
borent.**

**Mulieres  
cur etiam  
interdum  
affician-  
tur.**

**Affirmatur  
quæstio.**

**III.** Etsi vero tali affectu frequentius viri, Potissimum juvenes, ut habet, Hipp. 3. Aph. 29. afficiantur, utpote qui magis in vultu delinquant, ut addit Galen. in com. & simul etiam sanguinem biliosum magis obtinent, ut animadvertit Mercurialis lib. 2. pract. cap. 3. non tamen negandum quin mulieribus quoque sæpius tale quid accidere possit, præsertim ubi consueta sanguinis evacuatio menstrua supprimitur, ita ut sanguis p. n. retentus incalasciat & effervescat, atque consequenter, aut ratione ac redinis ora vasorum aperiat, aut eadem vasa respectu sua plenitudinis extendendo rumpat & acrimonia excedat.

**IV.** Iam dubitatur num in tali casu menstrua purgatio provocanda sit? Affirmativam habet Avicenna lib. 3. fen. 10. tract. 3. cap. 6. ubi inquit sanguis inferius reclinatur in mulieribus per provocationem menstruum in hora sua. Nec videtur opinio diversa ab assertionem Hippocraticam quæ lib. 1. Aph. 21. statuitur, materiam peccantem ijs vijs educendam esse, quo maxime vergere & naturali motu inclinare videtur. At verò qui negabit in obstructione mensium commodius peccantem & superfluum sanguinem retentum per uterum, utpote consuetum ac familiarem locum, quam alijs vijs evacuari: ut enim Medicus minister naturæ est, ita etiam quoad fieri potest, natu-

nam imitari debet, praesertim in expellendis contentis p. n. propterea, quod hic sine iuvante virtute expultrice nihil prestare possit: ac citius cum illis remedijs conspirat natura, quae faciunt ad iuvandas operationes consuetas quam cum alijs, ubi contra naturam ordinem quippiam tentamus.

V. *Contra negativa* suadetur ex hoc *fundamento*, quod omnia illa, quae faciunt ad sanguinis effervescentiam in hoc affectu angue pejus fugienda sine, quam ob causam à clamore, frequenti loquela, corporis commotione, iracundia & vehementibus animi affectibus cavendū: ac verò illa, quae mensis movent cum vehementia quadam calefaciunt & exsicant, qua ratione attenuando & abstergendo aperiunt & sanguinem consequenter per consuetas uteri venas educunt, ut sunt calamintha, artemisia, pulegium, marrubium, melissa, sabina & similia. His autem adhibitis necessario sanguis intalescit, attenuatur, effervescit & consequenter acrior redditur, unde nocuum potius, quam adjuvamentum hic expectandum, cum à talibus in hoc casu penitus abstinendum esse videatur.

VI. *Sed pro decisione* quaestionum, nota ex *Decisione* interpretibus Principū, quod dictum Avicennae sit intelligendum de provocatione mensium, *quaestio-* non illa quae fit internis medicamentis exhibitis, *nis.* quia alias seipsi contradixisset, cum acria me-  
dicamen-

dicamenta omnia & per consequens etiam ea, quæ menses movent, ægri huic interdicit; sed de eâ, quæ sit frictionibus inferiorum partium, vel cucurbitarum appositione: imo saphena quoque sectione, quæ ratione non tantum sanguis ad longinquiorè partem revocatur & revulsio- nem multò firmiorem efficit, ut habet Trallia- nus lib. 7. cap. 1. sed insuper etiam ad consue- tam viam, videlicet ad iterum ducitur, ita ut consequenter menstrua purgatio redeat, modo justo tempore, ubi alias menses fluere consueve- runt, instituat, quemadmodum innuit Ga- lenus lib. de cutan. rat. per venæ. cap. 11.

### QVÆSTIO IX.

*An Saccharum rosarum conveniat  
phthisicis?*

1. Periculosissima est illa tabi species, quam græci φθισιν aut φθωσιν appellare consueverunt, in qua adest consumptio totius corporis cum fe- bri lenta ex ulcere pulmonis originem trahens. Hanc alij incurabilem omnino statuunt, adq; po- tissimum ex Galeni mente colligunt, qui ulce- ra pulmonum incurabilia statuere videtur, lib. 4. de loc. aff. cap. 8. & lib. 5. meth. Med. cap. 8. & 1. propterea quod pulmones ob con- tinuam & perennem respirationem in perpetuo motu sint. at ea, quæ consolidantur, quietem po-  
tissimè

Phthisis  
proprie di-  
cta.

An sit cu-  
curabilis.

diu requirunt. Adde quod ratione tenuioris substantiæ non facile fiet consolidatio : imò & vis medicamentorum ad locum affectum difficulter penetrat, ulceruq; purificatio satis laboriosa est.

II. Vt ut sit negari tamen non potest, interdum in periculosis etiam affectibus naturam virtutem suam exerere & medicamentorum ope sanitatem vix speratam recuperare. Quod etiam in phthisi experientia confirmat, quorum aliquos præter spem aliquando restitutos fuisse pristinae sanitati Auctoritas & experientiatam veterum quam recentiorum testatur, quemadmodum videre licet in Avicenna lib. 3. fen. 20. trac. 5. cap. 2. qui phthisicam mulierem morti propinquissimam restituit, in Conciliatore diff. 194. Valescō lib. 3. philon. cap. 11. Valeriola lib. 2. & 3. observatorum, Montano consul. 172. Erasmo in consil. 85. à Scholzio edit, Franc. Arcazo tract. de feb. & lib. 2. de curand. vuln. Fracastor. lib. 3. de morb. contag. cap. 2. qui posteriores ligni Guajaci decoctum plurimi faciunt in ulceribus pulmonum curandis.

III. Quamvis igitur difficilis curatio phthisicorum ex Galeni sententia, non tamen omninò impossibilis omnis ulcerum pulmonis consolidatio statuenda est, præsertim cum peritissimorum Medicorum observationibus non temerè contradicendū esse

Difficilis non tamen impossibilis est phthisis curatio.

videa-

videatur. Cum ergo benevolentia & humani-  
tatis sit in extremis, etiã morbis ad experimen-  
ta procedere, quemadmodum Aetius tetrab.  
4. serm. cap. 120. innuit: idcirco phthisicis  
quoque omni ingenio succurrendum.

Negativa  
questionis  
ponitur,

IV. Inter alia vero, qua plurimum com-  
mendantur à practicis est etiam saccharum  
rosarum (alias conserva rosarum) de quo qua-  
rimus, num phthisicis ulcere pulmonum labo-  
rantibus conveniat? Negativa videtur proba-  
bilis, eam ob causam, quod ulcus pulmo-  
num mundificatione & puris eductione in-  
digeat: haec enim duo potissimum in causa  
sunt, quod plurima pulmonum ulcera sint in-  
sanabilia, ut ipse Galenus lib. 5. Meth. Med.  
cap. 5. innuit. At saccharum rosarum imbecil-  
lius est, quam ut mundificare & sufficienter ul-  
cus abstergere possit.

V. Adde quod novum rosarum saccharum  
alvum solvat, cuius fluxus in phthisicis periculo-  
sus est: antiquum vero exsiccando & astringen-  
do vias comprimat angustioresq; reddit, unde  
materie eductio impeditur & sanies intrò pe-  
litur. Iund cum frigidum sit saccharum rosa-  
rum, inconveniens videtur, propterea quod Hip-  
pocrate teste, 5. Aph. 24. frigida pectori  
noceant.

Affirmati-  
va questio-  
nis defen-  
ditur.

VI. Contra affirmativa questionis para-  
veritati consonat, quam ob causam principes  
Medi-

Medicorum eandem quoque confirmant, ut patet ex Avicenna citato loco, quem plerique practitorum sequuntur. Id enim convenit phibitico, inquit Conciliator diff. citat. quod mundificat, abstergit, glutinat, intemperiem introductam corrigit, & quodammodo simul nutritivum est: atqui hac omnia saccharum rosaceum præstat, unde concludimus usum conservæ rosarum in curatione phibiticos plurimi faciendum esse, quod non solum classicorum autorum testimonium, sed quotidiana quoque experientia testatur.

VII. Notandum tamen, quod monet Mesues, Limitatio  
& post enim Conciliator, saccharum rosarum quæstio-  
non esse concedendum antequam alia medicamenta nis.  
abstergentia & mundificantia fortiora præcesserint, & ulcus à pure repurgatum fuerit, ita ut levis abstergendi, plurimum vero glutinandi facultas requiratur, quod optime præstat saccharum rosarum inter novum & vetus medium, quotidie quacumque forma id fieri potest, usurpatum.

VIII. Hinc patet, quid respondendum sit ad Resolvan-  
primam rationem negantem, quæ dicitur saccha- tur infla-  
rum rosarum ad sufficientem absterfionem & tia.  
mundificationem ulceris non sufficere, ut etiam ad illud, quo recens & antiqua conserva rosarum improbantur. Quod autem Hipp. frigida pectori inimica dicat, id non de tali frigiditate tenet, & ita, quæ in ipso rosaceo saccharo, intelli-

gendum, sed de excedente, quam nix & glacies representant, ut in ipso aphorismo additur.

QVÆSTIO X.

*An lateris incisio in empyemate ten-  
tanda?*

Empyema  
quid

I. *Εμπίημα* græci, suppuratio vel purulenta Latinè dicitur, & proprie loquendo denotat collectionem puri in spatio thoracis atque pulmonum intermedio, unde suppuratos vel *εμπίημα*s illos vocant potissimum, quibus inter thoracem ac pulmonem pus coacturatum est ut patet ex Galen. in cott. 45. Aph. 7. & 27. Aph. 6. & alibi passim.

Vnde fiat  
Empyema.

II. Fit autem puri collectio vel ob sanguinis educationem, ulcere quodam ad cicatricem non perducto dictu in locis, vel ab inflammatione progressa, & ad abscessum mutata ac rupta, vel ob materiam ex defluxionibus ibidem collectam & in saniem conversam, ut patet ex Paulo lib. 3. de re med. cap. 32.

III. Frequenter a ruptis abscessibus empyema suam ducit originem, qui vel sursum rumpuntur, in vacuum thoracis locum, & periculosum produciunt empyema, vel deorsum, ubi partim per alvum partim quoque per urinam purulenta materia evacuat, transfusione per vasa quedam contingente, quemadmodum statuit Van-der-Hart citato loco & Actius teirab. 2. serm. 4. cap. 65.

Quæ



IV. Quomodo tam inferius, quam superius purulenta materia evacuetur, non ita planum est, quamvis experientia teste tam per urinam, quam per spiritum illud ipsum fieri frequenter videamus. Quo ad expurgationem per urinas Galeni mens est lib. 4. de loc. aff. cap. 4. quod pus per arteriam venosam ad sinistram cordis ventriculum perveniat, & exinde per arteriam magnam ad emulgentes, per quas ad renes & vesicam ablegari potest. At cum cordis nobilitas ac potissimum sinistri ventriculi prestantia non facile talem purulentam materiam transitum sustinere queat: idcirco potius per aliorum vasorum communionem hoc fieri statuendum est, idque maxime per illam venam, quam Fallopius à pectore in emulgentem descendere notavit, qua etiam hodie frequenter in corporibus humanis demonstrari potest.

V. Vbi versus superiora rumpitur abscessus & pus in cavitate thoracis colligitur per spiritum pus evacuatur, non quidem transeundo per venas pectoris mediante corde ad pulmones, ut olim Erasistratus voluit, sed transsudando per pulmonum tunicas, teste Galeno lib. 5. de loc. aff. cap. 3. comodo, quo per musculos & cutim in fractura ostium cruentam materiam manare videmus, ita ut fascia ex eâ saepe humectentur, etiamsi conspicui meatus nulli adsint.

An sectio  
pectoris  
conueniat.

VI. Cum autem hic modus evacuationis sit periculosus, ideo non immeritò queritur, num fortè conuenientior dari possit? Hic sectio pectoris sese offert, quam forte fortuna inventam esse putant à milite quodam empyematico, qui de salute restitutionis desperans, serè tabe consumptus ad bellum accessisse dicitur, ubi ab hoste punctum lasue in thorace puri exitum molitus & ab empyemate liberatus fuit.

Afirmatur  
ex Hippo-  
crato.

VII. Quod autem Hippocrates hoc remedium approbavit ex lib. 6 Aph. 27. colligitur, cui Galenus in com. consentit, & administrandi modum simul declarat. Non autem præter rationem hoc accidit, quia vulnera thoracis per se lethalia non sunt, & ipsa purulenta materia copiosa commodiorem exitum habere vix potest: nec præter experientiam, quia non tantum veterum, sed etiam recentiorum scripta testantur, hac ratione plurimos fuisse conservatos, quemadmodum patet ex Foresto libr. 16. obser. 43. Rondelerio cap. de purulentis, Amato Lusitano centur. 1. curat. 61.


Cautio nota.

VIII. Nota tamen ex Capivaccio libr. 2. pract. cap. 4 tunc esse thoracem persorandum, ubi materia est copiosa, ita ut in quadraginta diebus per sputum evacuari nequeat, secundum Avicennam & Galenum: pus autem evacuatur sensim & per vices, ut monet Hipp. Aphor. citato, propter virium infirmitatem,

facte

*Sub* illa sectione per scalpellum (quam semper us-  
sione commodiorem judicamus) inter costam  
tertiam & quartam circiter, infernè sursum  
numerando costas legitimas, in loco à spinali  
medulla remotiori. Hu peractis vulnus chirurgo  
committendum, & more aliorum pectoris vul-  
nerum tractandum, internis medicamentis pro  
repergantibus non neglectis.

*Tantum de controversis questionibus  
therapeuticis morborum vocis & Respi-  
rationis.*



Σὺν Διῷ

DECAS QVINTA.

Controversas aliquot quæstiones  
ad cordis & ventriculi affectiones  
cognoscendas & curandas  
pertinentes deter-  
minans,

RESPONDENTE

M. WOLFGANGO SCHALLE,  
M.D., Freibergensi, Misnico,

ἑρπαιμωτ.

**C**or vite nostræ principium, & per  
consequens ratione necessitatis præcipuum

corporis humani membrum rectissimè statuit Philosophi. Hanc ob causam natura provida non tantum eo in loco cum reliquis membris Cor disposuit, ubi non facilè ab externis injuriis læditur, nimirum in ipso thorace, in qua tanquam rex in arce sua residet, & exterius, reliquis scilicet partibus, per sua ministrantia membra facultatibus omnibus, spiritus & calorem communicando, præest: sed insuper quoque principium internum vitale copiosam concessit, ita ut minus quam alix corporis partes morbis obnoxium esset. Quasdam tamen affectiones p. n. nihilominus sustinet, per quas facultatis vitalis operatio immediatè læditur, de quibus aliquot quæstionibus agemus: hisdemq; consideratis ad quædam nutritivæ facultatis symptomata propter ventriculi dispositiones præter naturam accidentes progrediemur.

### QVÆSTIO I.

*An acetum rosaceum in omni syncope conveniat, & obiter, quæ sit aceti natura?*

Syncope  
quid.

I. *συκοπή* à verbo *συκώπτω* serio, verbo, concido derivatur, & acutissimus est cordis affectus, ut patet ex lib. 2. Aphor. 41. in eom. latinis, cum proprio nomine careant, syncope quoque dicitur, estque præceps virium lapsus, ut habet Galenus lib. 12. Meth. Med. cap. 7. & lib. 1. artis curat. cap. 14. Paulus lib. 4.

lib. 3. de re med. cap. 34. Differt à defe-  
ctu animi, quem graeci ἀπονομοία: & ἀπο-  
νομία vocant, quod hic adfit quidem lapsus  
animi, levior tamen, quam in syncope, utpote  
talis, qui syncopen plerumque precedat. Hinc  
Aetius tetrab. 2. l. 1. cap. 51. lipothymiam  
à syncope differre dicit, quod absque sudore de-  
repente deliquium animi constituat: at synco-  
pe non sine sudoribus synopta: id gravi est omni-  
um virium, praesertim vitalium lapsus.

II. Appareat enim in syncope sudores frigi-  
di, Hipp. & Galen. 1. progn. attestanti-  
bus, propterea quod ob vires magnopere lasas,  
calor innatus ad cor tanquam ad propriam ar-  
cem intro confugiat, unde humidum in parti-  
bus solidis, quasi suo conservante calore destitu-  
tum, retineri nequit, sed sudorū specie exit,  
tactu frigidis, quia calidum innatum aut ex-  
tinguitur, aut extinctioni proximum est, ut  
annotat altimar. de med. hum. corp. mal.  
cap. 15.

III. Etsi verò plurimas ob causas hoc malum  
accidere possit, commodissime tamen ad tres  
classes cum Parzo lib. 3. Chirurg cap. 14.  
omnes reducimus: vel enim sit syncope spiritu-  
um calorumq; dissipatione, ut in evacuationibus  
excedentibus, vel eorundem spirituum oppres-  
sione, ut in timore, aliisque affectibus, in quibus  
calidum principium suum reperit, vel denique

Syncope  
quid d. fle-  
rat à defec-  
tu animi.

Vnde su-  
dores fri-  
gidi in  
syncope

Causæ syn-  
copæ.

corruptione caloris nativi, quod in catochymicis quibusdam vulneribusq; venenatis fieri consuevit: idq; solet accidere vel primario, quando cor ipsum magna quadam intemperie cum vel sine materia, aut venenata qualitate afficitur: vel per consensum laborantibus partibus aliis, ut patet in syncope stomachica, item in illa, quæ uteri suffocationem comitatur, & in aliis. Vide Galen. lib. 12. Meth. cap. 5. lib. 1. artis cur. cap. 14. lib. 5. de loc. aff. cap. 1. & 2.

IV. Quamvis autem in syncope valida medicine locus non sit, ut inquit Paulus lib. 3. cap. 34. interdum tamen, ubi vires adhuc aliquo modo consistunt, auxilia medica expetit, quam ob causam celesterrimè, ubi spes quadam salutis superest agrotantibus in tali affectu succurrendum. Et cum in tam gravi morbo hic peccare non facile liceat, quarimus num acetum rosaceum, quod vulgariter in omni syncope adhibetur intentioni rationali semper respondere possit?

V. Simpliciter hic decisivam responsionem adderem nisi questio de natura aceti satis intricata esset apud auctores classici quam ob causam paucis determinandum restat, quam vim operandi possideat acetum, ubi corporibus nostris adhibetur.

Aceti facultates ex Galeno.

VI. Galenus vim operandi potentiam acetum attribuit, ita ut vim refrigerandi & calefaciendi,

estendi, reprimendi & attenuandi atq; incidendi possideat, ut patet ex lib. 11. Meth. Med. cap. 18. lib. 4. simpl. cap. 2. lib. 10. Meth. Med. cap. 9. lib. 14. Meth. Med. cap. 7. lib. de atten. vict. & aliis in locis sexcentis. Sequuntur Galenum reliqui Medicorum principes, hinc Paulus Aegin. libr. 6. de remed. cap. 3. acetum mixtae facultatis est frigida & valida, quae ambo tenuium partium existunt: praedominatur tamen frigida calida: in tertio vero ordine siccatur, iudem verbis consentit Orbasius lib. 15. collect. cap. 1. & lib. 4. Synop. cap. 32. Aetius tetrab. 1. serm. Actuaris etiam lib. 6. de meth. med. cap. 1. idem dicit, dum inquit: Habet acetum, quod in incidentium ordine recensetur, egregium quippiam, quod praeterquam quod discutiat, reprimat, repellatq; influxum, utpote substantia sua modice calidum, & plurimum habens frigiditatis, idq; tenuium partium.

VII. Hac est principum assertio de aceto, unde de varia variorum opiniones nascuntur, dum alij mordicus acetum calidum esse pronunciant: alij contra illud ipsum frigidum statuunt. Ut autem dicta magis intelligamus aceti generationem considerabimus.

VIII. Hanc Galenus lib. 4. simp. cap. 2. declarat ea ratione, quod acetum fiat ex vino, ita ut ingenita vini caliditas amittatur, & alia

An acetum  
calidum  
vel frigidum.

Assertio  
Galeni de  
generatione  
vini.

ex putredine vini, partiali scilicet, partibus remanentibus aquosis acquiratur: quippe, inquit, vinosæ vini partes, dum ipsum in acetum transit, refrigerantur: at æqueum recrementum putrescens ascititiâ caliditatem acquirit, veluti quæ putrescunt omnia, sitq; acetum quiddam ex contrariis facultatibus mixtum, partim refrigerantibus, partim calefacientibus.

**Affertio**  
**Zabarellæ**  
**de genera-**  
**tione vini.**

IX. Plinius hanc vini mutationem in acetum declarare conatur. Zabarella lib. 3. de mixti gen. & inter cap. 7. & seq. ubi præsupponit, vinum habere duos calores & duas humiditates, calorem videlicet elementarem seu temperaturæ, & calorem animale, ab anima vitæ sibi insitum atq; impressum, eo modo, quo semen animantium & plantarum calorem vivificum præter elementarem sibi communicatum habet, etiamsi anima actu destituatur. Habet insuper duas quoq; humiditates, quas Galenus etiam intellexit, ubi substantiam vinosam & substantiam aquosam à se invicem distinguit: Substantia vinosam est illud humidum, quo fit conjunctio partium; at humidum aquosum est illud, quod ex alimentu contractum est tunc temporis, ubi cum vitæ vinum adhuc jungebatur. Hæc præsuppositis dicendum putat autor citatus acetum fieri per interitum caloris vitalis, manente calore elementari, sine separatione humiditatis continuantis à sicco: quod si præterea calor temperaturæ



quoque corrumpetur, humidum continuans  
quoque, separaretur & vinum vere putridam red-  
deretur.

X. Verum cum & hac assertio suis dubitatio-  
nibus non destituatur, eò allaborandum esse vi-  
detur, ut alio modo sensibus atque rationi fortè  
convenientiori naturam aceti declaremus. Hic  
nobis arridet assertio Hermeticorum, de qua vi-  
de Quercetanum libr. 1. defens. cap. 20.  
Tract. 2. designatur, inter. in Tetrad. c. 7.  
& alibi, qua statuitur, quod vinum acidum red-  
datur separato suo spiritu, quemadmodum ex-  
perientia testatur, quo enim diutius soli aut lo-  
cis calidis exponitur, eò majorem acrimoniam  
sensim contrahit, ac detractâ athereâ essentiâ,  
quâ mirâ suavitate persundebatur, tandem a-  
cescit, cujus aciditatis causa non est elementaris  
quedam frigiditas, sed pendet ab acidis spiriti-  
bus salis, qui vinculo sulphurea substantiâ, hoc  
est vini spiritu proprio in officio continebantur,  
& tantum gratissimè palatum afficiebant, quo  
soluto luxuriare effrenes solent, & occultam an-  
te suam naturam manifestam sciunt.

XI. Est igitur sal quidam acidus, quem vi-  
triolatum vocant, quod in vitriolo maximè ab-  
undet, qui in aceto cum aquosa substantiâ (de-  
tractâ sulphureâ essentiâ) atore suo se conspici-  
endum præbet, quemadmodum hæc pulchrè de-  
clarat Autor citatus.

Hermeti-  
corum o-  
pinio de  
mutatiõis  
vini in ac-  
etum.

Cur acetū  
contrarias  
operandi  
facultates  
habeat.

XII. Hūc positu facili negotio demonstramus, quomodo acetum contrarias operandi facultates possideat, & quæ sit ratio diversarum illarum partium, quæ jam tales faciunt & incidunt, jam refrigerant atque reprimunt: quod enim acetum cum acrimonia sit diudum, & consequenter vim attenuantem atque dissolventem habeat, hoc fit ratione salis acidi, cum quo perfunditur, respectu cuius tenuissima essentia penitissimas ac durissimas etiam partes penetrare potest: quod autem insuper quoque refrigeret, propterea fit, quia sulphurea & ignea vini quantitas separata est in aceto, remanente copiosa aqua frigida elementari, respectu cuius frequens immoderatus vini usus diuturnorum frigidorum morborum causa est, ut annotat Petr. Severinus in Idæa cap. 7.

XIII. Hæc aquæ frigiditas, iuvante vi penetrandi, quæ propter dictas causas inest, in penitissimas partes fertur ac penetrat, & consequenter strenuè refrigerat. Adde, quod acetum ex accidenti quoque tales operationes præstet, quatenus ratione suæ aciditatis vitriolata potentiam obtinet colligendi vel coagulandi fervidas exhalationes, & dissolvendi corpora: ita enim in inflammationibus coagulat, & consequenter compefcit exhalationes nitrosulphureas calidissimas, ac dissolvit materiam, ex qua tanquam ex minera tales fervores exhalant,

gudo

unde causam calefacientem tollendo refrige-  
rat.

XIV. Ex dictis apparet, rectissime veteres ace-  
to qualitates contrarias attribuisse, quemadmo-  
dum supra demonstravimus, idcirco jam tan-  
dem ad questionem accedimus, nam scilicet a-  
cetum rosaceum in omni syncope conveniat? Ne-  
gative respondemus: cum enim causa contraria  
non nisi per contraria remedia tollantur, ideo  
manifestum est aliter spirituum resolutionem,  
aliter quoque eorundem suffocationem atque inse-  
ctionem curari debere.

Questio  
primaria  
negatur.

XV. Quam ob causam cum Capivaccio lib.  
2. pract. cap. 9. concludimus, quod syncope à  
spirituum resolutione facta per usum refrige-  
rantium, potissimum fronti, faciei, regioni cor-  
dis & pulsuum applicatorum optime corriga-  
tur, ubi acetum rosaceum convenit, quod pro-  
pte: aceti qualitates penetrat, & respectu ro-  
sarum vim refrigerandi, colligendique spiritus  
majorem acquirit. Quod si suffocatio in causa  
est, necessarium requiritur attenuatio ac dissolu-  
tio materie morbifica, qua per frigida minimè  
prestatur: quare hic ad nasturtium, nigellam,  
sinapi, Mithridaticam confectionem, aq. cinam.  
extremorum frictionem & alia hujus generis  
accedendum est. Tandem si malignitas in cau-  
sa, bezoartica & appropriata cordi prospicien-  
dam.

Conclusio,  
& limita-  
tio proble-  
matis.

XVI. Jam ergo non mirum, quod sepius in absentia Medicorum acri lapsu virium pereant: potest enim fieri, ut communi remedio refrigerante adhibito spiritus, alias suffocati, circa principium suum ulterius conglobentur, & penitus hac ratione vitalis facultas supprimatur.

### QVÆSTIO II.

*An calida cordis intemperies semper refrigerantia indicet?*

Affirmatur  
quæstio.

I. Videtur Quæstionis pars affirmativa maxime probabilis, præsertim ubi nobis in mentem revocamus commune illud principium contraria contrarium curari, quod quasi fundamentum totius curationis medicæ constituit, ut passim ex Galeno & Hippocrate colligitur, & peculiariter adhuc demonstratur à Conciliatore diff. 153. Vidio lib. 12. de car. gen. cap. 4. Vallesio lib. 3. controvers. cap. 4. & alii. Hinc Medicinæ Hippocrati lib. de flat. adjectio & detractio vocatur, ut operationes affectibus contrarias innuat, quod magis patet lib. 2. Aph. 22. ubi inquit: *ἴσθη τὴν πλησμονὴν ἐκ ὄσσε ἀν νοσήματα γένηαι κένωσις ἴηται καὶ ὀκόσα ὑπὸ κενώσιθι, πλῆσμονὴ καὶ τῶν ἄλλων ἢ ὑπεναντίως.*

II. Ratio quoque in promptu est propterea quod contrarium à suo contrario tollatur: cum ergo

morbis corpore sit expellendus, necessarium est consequens remedio contrario illud ipsum fieri debere, quandoquidem omnis actio corruptiva contrariorum est. Quod natura beluas etiam docuit, unde tempore hyemis, ut frigiditati medelam afferant, solem, aestate vero umbram diligenter perquirunt.

III. Nec obstat, quod mala quaedam per similia curari videantur, qua ratione Hipp. 5. Aphor. 21. nervorum rigorem affusa aqua frigida curat &

Cur quaedam per similia curantur.

Vulnera dum sanas dolor est Medicina doloris. Non, inquam, hoc obstat, quia sapius medicamentum videtur simile, quod tamen revera, quatenus medetur, contrarium est, quo modo frigida aqua in eusarco corpore affusa, non refrigerando succurrit in rigore nervorum, sed ex accidenti calesciendo, quatenus calorem ad suum principium revocat, & ex consequenti auget. Interdum quoque morbum tollimus causam eius corrigendo, ubi remedium non morbo, sed cause contrarium esse debet.

IV. Quamvis autem ex dictis problematis pars affirmativa deducta queat, fortassis tamen ulterius quis dubitare posset contrarium potius statuendum esse, propterea quod Medicus nature minister rectissime duatur, & in curatione morborum nihil aliud praestet, quam quod naturam dirigat & sui medicamenti eius ope

Rationes pro negativa.

operationes adjuvet : atque natura operationes calido potius, quã frigido persciantur. unde vita animantium à Philosopho definitur ἡ μὴ τὴν ἀειπνίαν φύξιν οὐ τὴν δευμῖαν, permanens vegetativa anima cū calore : nulla enim est vitalis actio cui non frigus per se adversetur, quam vi idem ex accidenti, quatenus calorem temperat, vita conservanda inservire possit, de qua controversia vide quæst. 2. Exerc. 4. lib. 2. de corpor. & an.

V. Hinc videtur consequens in cordis etiam affectibus audacter refrigerandum non esse, propterea, quod in eo quasi focus & officina caloris, omnium actionum communissimi instrumenti. Imò cum cordis virtus tanquam membri nobilissimi maximè conservanda, sive affectus calidi sive frigidi sint, consequens videtur, calidum ut plurimum cordi succurrendum esse, utpote quod respectu nature proprie calidum est, & conservationem per similia expetit.

Quæstio-  
nis decla-  
ratio.

VI. Pro quæstionis intellectu notandum ex Conciliatore diff. 196. licet in ægritudinibus cordis frigidis absolute convenient calida, non tamen in calidis morbis eadem ratione frigida præscribenda sunt, propterea quod in correctione morbi calidi non tantum eo respiciendum, ut frigiditatem introducamus, sed simul diligenter animadvertendum, ne calor,

quod

qui secundum naturam inest cordi, nocumentum aliquod patiatur à contrario, adeoque non tantum morbus tollatur, sed simul quoque calor natus extinguatur, quia non sufficit, ut in curatione morbum respiciamus, sed diligenter quoque virtus conservanda est: sit autem conservatio beneficio similium, de quo vide Conciliatorem diff. n. 6. Vallesium lib. 6. controvers. cap. 2. Viduum lib. 12. de curat. gen. cap. 6.

VII. Et quatenus morbus quatenus morbus indicet contrarium aequale, quemadmodum ex Galeno lib. artis cap. 89. & lib. 3. simpl. cap. ult. colligitur: non tamen illud ipsum procedit, ubi virtutis conservatio diversum suadet, quod ex Vallesio lib. 8. controvers. cap. citato apparet. Dicimus igitur in affectibus cordis calidis frigida medicamenta locum suum habere ratione morbi, quod probant argumenta in principio proposita, quae tamen temperantur additis calidis cordialibus respectu virtutis conservanda, quae consistit in defensione caloris invariati spirituumque vitalium.

QVÆSTIO III.

An in cordis palpitatione venesectio tentanda?

I. *παλυδς κερδίας*, Latini Palpitatio cordis, est motus cordis depravatus ex dilatatione & subsidentia compositus, originem suam ducens à vapore multo & crasso celeritate qua-

Non semper per perficitur quod suadet in dicitio eius ratoria.

Palpitatio cordis quid sit.

An causa  
palpitatio-  
nis cordis  
sit calida  
vel frigida.

dam partem dilatationi idoneam committente, quemadmodum è Galeno lib. 2. de caus. lymp. cap. 2. & lib. de tremore cap. 4. & 5. item lib. 5. de loc. aff. cap. 2. colligitur. Hinc patet, quid sentiendum de controversia, quæ est inter auctores de causa palpitatio- nis cordis, dum alij tantum à frigidis causis pal- pitationem provenire statuunt, idque ex mente Galeni, ut patet ex Alimato, Jacchino & alijs: at reliqui sequuntur Arabum scholam, & non solum frigiditati, sed etiam caliditati pal- pitationis affectum adscribunt, in quorum nu- mero est Rondeletius, Hollerius, Forestus, Fuchsius & alij.

Decisio per II.  
distinctio-  
nem.

Hic enim non de causâ proximâ, sed de remotioribus controversitur, quas plures esse posse non negamus, easq; tam refrigerantes, quam calefacientes, ita tamen ut tandem omnes in causâ proximâ producendâ conveniant: at vero cum vapor & stuposus spiritus productus calefacientibus ac tenuantibus medi- camentis absumatur, non inconvenienter dictum videtur, à frigidis potius, quam calidis causis talem affectionem oriri, quamvis negandum non sit vi caloris agentis in crudam vel pituitosam materiam eiusmodi vaporosum ac nebulosum spiritum palpitatio- nis causam produci posse.

Queritur



III. Queritur autem an etiam in tali affe- Venæsecti-  
ctæ cordis venæsectio conveniat? Fortassis nega- oneni non  
tiva probabilis videbitur, propterea quod indi- convenit.  
cans venæsectionis, nimirum sanguinis abun-  
dantia in præsentia non peccet: qui enim affir-  
mabit stultosam materiam, quæ causa est im-  
mediata affectionis venæsectione tolli pos-  
set?

IV. Contrarium tamen Galenus innue Contrario  
re videtur, dum lib. 5. de loc. aff. cap. 2. um juxta  
affirmat omnes palpitatione cordis laborantes Galenum  
venæsectione & alimentis ac medicamentis at- asseritur.  
tenuantibus curatos ac liberatos esse. Idque  
non sine ratione affirmatur: cum enim sanguis  
græva peccat, sui detractioem indicat copiosam,  
ne virtus suffocatione pereat, ut vult AVICEN-  
NA. Quod si nulla plenitudo insignis adest,  
venæsectio tamen nihilominus convenit, propte-  
rea quod respectu partu affectæ magnus adsit  
morbis, quia princeps visceru afficitur, ubi res  
vulsione cavendum ne copia humorum ad ipsum  
cor alias debilitatum magis affluat.

V. Imò cum discentibus respec-  
tu cause proxime uni debeamus ne es-  
sarium esse videtur, ut per venæsecti-  
onem præcedentem primò peccantes humores

à parte affecta revellamus, quia aliàs cor, agens  
 tibus medicamentis in humorum copiam deterius  
 in haberet. Conjunge Ant. ab Alcomati  
 Cap. 45. Capivac. lib. 2. pract. c. 8.

### QVÆSTIO VI.

*An cordis palpitatio ab utero per con-  
 sensum orta medicamentis cordiali-  
 bus communibus corri-  
 genda?*

I. Per uteri consensum in mulieribus fre-  
 quenter cordis palpitationem dari quotidiana  
 testatur experientia, tunc temporis potissimum  
 ubi propter mensium retentionem exhalationes  
 tetra cordis thalamum petunt, & tum palpi-  
 tationem, tum etiam imminentem suffocationem  
 produciunt. Queritur hic num talis cordis pal-  
 pitatio medicamentis cordialibus communibus  
 corrigenda?

Rationes  
 pro parte  
 affirmati-  
 va.

II. Fortè probabilis videbitur affirmativa,  
 propterea quod respectu proxime cause liden-  
 tis, ipsi cordi tanquam principalissimo membro  
 statim succurrendum esse videatur per ea, que  
 singulari proprietate virtutem ejus consortare,  
 & evaporationum malignitatem corrigere va-  
 leant, qualia sunt pleraque odorata & aroma-  
 tica, que balsamica sua virtute calidum inna-  
 tum consortant, & respectu caliditatis pro-  
 pria

pria materiam vaporosam discutiunt & assumunt.

III. Sed contra negativa veritati magis consentanea est, propterea quod in omnibus morbis per consensum primò pars mandans respicienda sit, cui intentioni postea succedit altera, quæ tendit ad materiam peccantem divertendam & evacuandam, ipsamque partem per consensum affectam confortandam.

Negativa defenditur.

IV. Cum igitur hic uterus in causa sit, quo ad generationem palpitationis, necessarium est, ut primo mineram morbi in utero latitantem corrigamus, postea exhalationes noxias ad cor expirantes frictionibus partium infernarum adhibitis, vinculisq; circa femora, injectis revellamus, & illud, quod diverti revellig, nequit dissipemus & consumamus.

V. Hoc postremum alias optimè per odorata & aromatica perficitur: sed quia jam uteri constitutio morbosa adeit, ab ijs quo ad fieri potest, abstinendum, propterea quod talia superius adhibita statim uteri suffocationem vehementem, & ex consequenti palpitationem cordis majorem introducant: cum enim rebus odoratis cerebrum suaviter afficitur, per consensum, qui est inter uterum & cerebrum vapores matricis morbosa latitantes excitantur, excitati vasorum obstructionem augent, & ad principalia membra, præsertim ad cor exhalant, atque

Cur odorata non conveniant.

hic modo gravibus symptomatibus originem  
præbent, de quo vide lib. 1. de corp. & an.  
Ex. 7. q. 5.

Cur fetida  
quædam  
convenie  
ant,

V I. Confugiendum igitur hic ad illa, quæ  
ad absorptionem & diffusionem illius vaporo-  
sæ substantiæ malignæ faciunt, ita tamen ut ni-  
terro non noceant, qualia sunt quædam fetida  
& graveolentia, quæ huic intentioni satisfaci-  
unt, tum quod inimica quasi natura vim expul-  
tricem suscitent, ita ut ad expellendæ res noxiæ  
magis insurgat, tum etiam quod pleræq; vim  
attenuandi, vehementerq; dissipandi habeant,  
quod patet in Castoreo, Galbano, Asa fetida, &  
similibus.

V I I. Quare præmissis frictionibus & li-  
gamentis mox nodulus ex asa fetida, galbano  
& castoreo, paululum calefactus naribus fre-  
quenter adhibeatur: interim extractum castor-  
rei vel decoctum ejus cum floribus chamomillæ  
concedatur, præmissa tamen tum totius, tum et-  
iam uteri evacuatione modica per medicamina  
appropriata facta. Bezoartica quoque non negli-  
gantur, ea potissimum, quæ non admodum are-  
matica, amara potius quam dulcia, utpote qua  
quæro satum amica.

*An vulnera thoraci circa cordis regionem  
inflicta, quamprimum ut alia con-  
solidanda?*

I. Cum maxima sit cordis, tanquam prin-  
cipij vitalis dignitas, manifestum vulnera tho-  
raci inflicta, periculosa magis alijs esse, quam ob  
causam non immerito dubitatur, num etiam ea-  
dem aliorum more tractanda & eodem modo  
sanam consolidanda sint? Quibusdam affirma-  
tiva placebit: cum enim locus sit nobilissimus,  
idcirco unjè eò respiciendum, ne externis inju-  
rijs ipse calorū fons, cor scilicet, laedatur, quam  
ob causam ejusmodi vulnera, qua fieri poterit  
arte, consolidare conantur.

Affirma-  
tur qua-  
stio.

II. Veruntamen cum thoracis vulnera tan-  
tam saniem quotidie effundant, quantam vix  
in alijs deprehendere licet, propterea quod na-  
tura tam propter conservationem partu, quam  
ob dolorem plurimum sanguinis quotidie eò  
transmittat, qui malignitate & sordibus inqu-  
natus, aut ob partis imbecillitatem non altera-  
tus citissime corrumpitur: idcirco potius cum ne-  
gante parte consentimus, que statuit talia vul-  
nera diu aperta esse debere, ut sanguini corrupto  
& saniei pateat exitus: non enim negandum,  
quin retentus ibi præter naturam sanguis vel  
humor quidam corruptus majoris mali causa  
reddatur.

Negativa  
defenditur  
cum limi-  
tatione.

III. Unde Paræus lib. 2. Chirurg. cap. 31. pro decisione subiicit, quod prior sententia vera sit, quando nullus humor præter naturam in thorace continetur amplius: posterior contra merito locum habet, ubi cavitas thoracis thrombibus & sanie repletur.

### QVÆSTIO VI.

*An vomitoria conveniant in cholera?*

Cholera  
quid?

I. Inter affectiones ventriculi est etiam cholera, malum sat periculosum & acutum ubi ex fluxione & commotione biliosi humoris potissimum superius & inferius ad excernendum ager singulis momentis torquetur atq; excitatur. Est vero fluxus præter naturam astrictione curatur, non tamen hic statim ad reprimentia procedendum, propterea quod in eiusmodi casibus primò non tam affectus, quam causa morbilifica respiciatur: quæ enim præter naturam in corpore coarctantur, necessariò evacuari debent, sive hoc fiat ipsa natura, sive medicamentorum ope.

II. Verum cum conatus hos excernendi summa virium imbecillitas sæpius cum convulsione atque syncope subsequatur, ideo quaritur, num etiam naturam adjuvare debeamus, quod per vomitorium fieri posse putant? Negativa mul-

Ita videtur probabilis, utpote cum vomitus vehementior non solum fluxum per inferiora impedire, sed etiam imminentis convulsionis atque Syncozes causa esse queat.

Negativa  
quorundam.

III. Nos distinguimus inter vomitoria vehementiora & leviora, quorum illa quidem hic improbrimus ob causas jam dictas: hæc autem in hoc morbo cum Pereda lib. 1. pract. cap. 35. alijsq; practicis commedamus, tunc temporis potissimum, ubi ager aliàs nauseabundus fluctuantem habet ventriculum, ubi sufficit aq. decoct. borlei tepida. cum paucis saccharo & oleo, quibus extergendi & acrimoniam humoris obtundens facultas insidet.

Affirmati-  
ua cum di-  
stinctione  
defenditur.

IV. Hoc modo sat evacuata materia nihil superest, quam ut virium respectum habeamus, ac præter dietam rectè ordinatam, tam interius quam exterius, ea usurpemus, quæ intemperiem calidam præter naturam corrigere ac nutritionis membra rursus confortare queant, ut sunt interius conserva rosar. spec. diarrh. ab. diatrion santalou. spiritus virioli, tinctura coralliorum &c. Exterius vero non negligentur inunctiones circa ventriculi regionem saltæ per Massicis, cydoniorum, & similia, aut applicetur panis tostus calidus cum aceto asperso, sæpiusq; renovetur.

Quid agendum post  
evacuata-  
tam.

## QVÆSTIO VII.

An & quomodo dejectam appetentiam Spiritus vitrioli corrigat?

Vivens  
semper nutri-  
tur.

I. Quamquam vivens ex sententiâ Philosophorum perpetuo nutritur, cum essentia partium continuo assumatur, quatenus eabr omni tempore vim suam exercit in assumptione humidi, unde vi vegetativa non ita quiescitâ suis operibus, ut animalis, sed semper materii patiente datâ eodem modo agit, nec ad utrumq; oppositorum aptitudinem obtinet, ita ut medicâ *φυσικῆ* sive naturalis inde dictâ fuerit, quemadmodum lib. 2. nob. Exerc. de corp. &

Quod appetitus alimenti externi interdum aboleatur.

an. Ex. 3. quæst. 5. demonstravimus: non tamen negari potest, interdum appetentiam alimenti externi aliquandiu penitus quasi aboleri, quod primo testantur animantia quedam hyberno tempore sine cibo & potu latitantia, sicut patet ex Aristotele lib. 8. hist. an. cap. 7. & Plinio lib. 8. Natur. hist. capit. 35. & 36.

II. Deinde hominum quoque atrophici laborantium vita superstes idem innuit, ut patet cum multi in febribus acutis, alijsq; morbis per plurimos dies absque omni alimento assumpso vitam protrahant, ut inde Fernellius lib. 5. Physiolog. cap. 138. commotus fuerit, et ve-



getatricem facultatem à vitali revera distinctam poneret, cujus contrarium suo loco probavimus.

III. Imò magis miranda sunt hic exempla rara hominum absque cibo & potu longo tempore viventium, cujus generis est illud, quod refert Albertus lib. 7. de Animalibus, tract. 3. cap. 3. seminam quandam Coloniensem tempore Imperatoris Friderici Undecimi interdum per triginta dies ab omni cibo & potu abstinuisse; ut & alterum, quod refert Langius, Bucoldianus & alij auctores, de puella Spirense, quæ imperante Ferdinando, cibum & potum precedente ventris leviq; capitis dolore, fastidio & prorsus cessantibus alvi excrementis abdicare cepit.

Rara & admiranda inedia.

IV. Sed quid opus est ut exempla prioris seculi adducamus, cum adhuc hodie res ipsa loquatur? refert enim Quercetanus in diætes. polyhitt. lect. 2. cap. 4. de puella trium vel quatuor annorum, quam Constantini viderit, quæ per annum integrum ejusmodi abiectum appetitum habuerit, ut nihil omnino cibi potusq; assumpserit, vitæ nihilominus superstiti. cui ventris inferioris regio depressa, totumque abdomen lapidei instar induratum deprehensum fuerit, & tandem appetitus, & pristina sanitas redierit.

Addit

Admiranda obser-  
vatio præ-  
lentis secu-  
li.

V. *Addit adhuc aliam historiam, mihi quoque notissimam, de virgine illa, cujus mentione fecimus in tractatu de Cruentatione & conservatione cadaverum, quæ vivebat in sextum annum absque omni cibo & potu, cum ante biennium ex Sabaudia Germaniam repeterem & Helvetiam pertransirem, de cujus casus circumstantiis tunc temporis Berne cum Clariss. Dn. Paulo Lentolo, ibidem Medico Ordinario diligentem inquisitionem institui, propterea quod viderem eundem singularem hæc de re tractatum edidisse, qui tunc temporis Friburgi Aventicorum, ubi typis subjectus erat, sorte fortunâ ad manus nostras perveniebat.*

De clarantur circum-  
stantiæ ca-  
læ.

VI. *Cœpit hæc Apollonia Schreiberiana, ut vocabatur, honestorû parentum nec non mediocri fortunâ præditorû in pago Gatsdunensi Bernatum filia, sensim panis, deinde ciborû aliorû & fructuû quoq; usum aversari: postea aliquandiu jusculis nutrita vivebat: tandem aliquot vini cochlearibus aqua diluti vitam sustentavit: postremo prorsus omnia respuens stomacho ex dolore & cruciatu potum non ferente citra ullius rei ingestionem vixit ad illud usque tempus, ubi eandem in Helvetia invenimus, approbantibus hæc omnia tum mihi, tum com-  
meo viro consultissimo Domino Johanni Hagemeistero, Juris utriusq; Doctori eximio, amico meo suavissimo, multis ocularibus testibus, non plebei tantum, sed etiam docti, inter quos*

fuit

fuit dictus ille Dn. Lentulus & vir peritus.  
Dn. V Vilhelmns Fabricius, Medicus &  
Chirurgus Paterniacensis Ordinarius.

VII. *Qui autem fiat, quod vita per tot mensum & annorum spacium absq; cibo & potu sustineatur satis est dubium. Inveniuntur, qui* Admiranda inedia causa.

*to òti negant, propterea quod nullas rationes* Opinio I.

*videant, in quorum numero est etiam Valerio-* Opinio II.

*la in annotat. ad paradoxa Joberti. Sunt alij qui naturaliter tale quid accidere posse statuunt, in quorum numero est Langius lib. 2.*

*Epist. 27. Jobertus decad. 1. paradoxo 2.*

*qui ponunt imperfecta nutritione propter copiam pituitosorum humorum collectam, calorig, diminutionem aliquandiu tales homines absque cibo & potu vivere posse; cedentibus videlicet crudu illis humoribus in partium substantiam, quod fortasii de quibusdam animalibus hyemis tempore dormiendo vitã transigentibus, & hominibus tali constitutione præditis ac aliquandiu inedia laborantibus concedi posset.*

*VIII. At vero de ijs, qui per multos annos* Opinio III.

*vivunt absque cibo & potu, eo modo, quemad-* ptæ reliquis

*modum patet ex adductis exemplis, plurimum* verisimilis.

*adhuc dubitatur, præsertim cum hic peculiaris*

*quædam causa dejectum appetitum introdu-*

*cens primò adesse videatur. Quod si absq;*

*præstigijs magicis hæc accidunt, ut vero consentaneum videtur, non à ratione alienus est di-*

*scur-*

scursus Josephi Quercetani de causis ejusmodi rara media, quem habet in diatenuo Polyhistorico, quo statuit, membra destinata ciborum & potionum attractioni atq; alterationi coagulari & exiccari posse, ita ut sint quasi emortua, quemadmodum refertur de infante, qui in lapidem coagulatus in utero materno intra sui matrisq; corruptionem diu perstitit. Vitam vero non cooperantibus membris concoctioni primæ, secundæq; dicatu superesse posse demonstrat ex eo, quod potissima corporu partes, in quibus vita potissimum sedem suam obtinet, cor videlicet, pectus & caput in ejusmodi hominib. admodum vivida sint, ita ut ratione similitudinû consequenter easdem spiritu & ære foveri & nutriri posse videatur à veritate non dissentaneum, præsertim cum aliàs planum sit apud medicos ære per inspirationem, tam manifestam quam occultam attracto, substantiam nostram resocillari, restaurari & conservari, qua ratione odores etiam, quorum ær est vehiculum, celerrime vires confortare dicimus.

IX. Non tamen negandum, quod propter viscera nutritionis depravata bona sui nutrimenti parte destituantur viscera vitalia, quam ob causam omnes totius corporis facultates languent, hinc etiam puella illa Helvetica sensum & leviter respirat, submissa voce vix loquitur,

ad sensum tarda, ad motum corporis inepta est.

X. Causam coagulationis, exiccationisq; membrorum coctioni dicaturum dicitur aut or citato loco refert ad facies tartaricas densas ac spissas, quibus circumquaque viscera involvuntur, unde tam diu perit appetitus, donec vel arte vel natura sensim evanescentibus illis excrementis membra repurgentur & pristina facultates, aliquandiu quasi sepultae, destinatas functiones vicissim obeant. Quamvis autem ulterius dubitare possimus, non tamen omnino improbabilia sunt ea, quae diximus, propterea, quod videmus ex causa simili frequenter ad aliquot dies in aegrotantibus appetitum dejici, quemadmodum ex sequentibus patet.

XI. Etiam si verò talia exempla diuturnae inediae rarissime occurrant, frequens tamen est appetitus dejectio in multis morbu, ubi saepius per plurimos dies ab omnibus alimentis aegri abhorrent, de qua affectione questionem movemus. *De acribus, an & quomodo Spiritus vitrioli dejectam appetentiam corrigat?*

An Spiritus vitrioli conveniat?

XII. Plurimi reperiuntur, qui usum vitrioli spiritus angue pejus fugiendum esse statuant, ut patet ex Sylvatico controversi. 48. alijs, qui ex noxijs qualitatibus vitrioli com-

Negativus refutatus.

munis non preparati & à suis impuritatibus nimè separati plurima deducunt inconvenientia: sed frustra aliud n. est cōsiderare dicta Galeni, Dioscoridis, Pauli, Aetij, Aëtii, Celsi, Orbasii & aliorū principum, ubi tantū de vitriolo crudo loquantur: aliud est perpendere vitriolum preparatum; cujus magna est varietas, ita ut illud solum pluribus Hermeticis sufficiens videatur ad officinam pharmaceuticam exornandam.

Afferitur  
affirmati-  
va.

XIII. De spiritu vitrioli, cujus usus hodie frequens est; querimus, hunc plurimum ad maximas putredines inhibendas inservire tum experientia rectissime testatur Crato in opere Epist. à Scholz, edit. Epist. 146, quamvis in siccioribus naturis cautio major quam in humidioribus observanda sit. Hunc etiam in appetitu dejecto plurimum præstare quotidie experimur, tunc temporis potissimum; ubi fecibus pituitosis & mucilaginosi internæ partes ventriculi quasi obvolvuntur & obstruuntur, ita ut spiritus famem producentes, hoc est; innatus ventriculi calor obruatur, & ad operationem suam perficiendam ineptus reddatur. Quatenus enim in se continet vim penetrantem, incidentem & mundificantem, eatenus materias & cruditates illas mucilaginosas attenuat, digerit & absumit, unde consequenter spiritus esurientes antes quasi sepultos excitat, qui fructus  
conu-

consuetos in extimulando orificij sensu pro-  
cunt & famem generant.

XIV. Imò extremis etiam inflammationibus succurrit, ubi calidissimis exhalationibus appetitus ciborum deijctur, quatenus aciditate sua spiritus effervescentes compestere, & per consequens fructus eorum, videlicet incendia præternaturam extinguere potest. Hinc etiam præctica in correctione dejecti appetitum à causa calida cibos cum aceto paratos frequenter concedendos & præscribendos esse statuunt, ut patet ex Paulo Ægineta lib. 3. de re med. c. 37. Alexandro Trall. lib. 7. cap. 5. & aliis plerumque, quatenus videlicet acetum abundat ejusmodi vitriolata aciditate, cujus ratione servidas exhalationes coagulat, earumque fructus interpellit, refrigerando simul ex accidente, quemadmodum ex præmissa questione prima manifestum est.

spiritus  
vitrioli  
quomodo  
succurrat  
inflammationibus.

QVÆSTIO VIII.

An & quo tempore in appetitu canino  
vinum exhibendum?

I. Accidit interdum hominibus fames præternaturam, græcis κενώσις ὀρεξις, canina appetentia, quæ vehementi & insatiabili appetitu alimenta appetunt, ut Galen. habet in com. lib. 2. Aph. 21. propterea, quod continuo morsus quidam adsit circa ventriculi superius orifi-

Canine  
appetentis  
quid sit, &  
unde pro-  
veniat.

cium, productus maximâ ex parte ab acidis at mordicantibus humoribus in tunica ventriculi collectis, ex quibus fortassis famelici & insaturabiles progrediuntur spiritus, qui exaltati & in rabiem quasi acri cuncta alimenta repente conterunt & alterant, iudemq; alteratis & subactis os ventriculi vicissim extumalant atq; hoc modo famam continuam producant.

- Affirmatur** 11. In hoc affectu dubitatur, num vini potus  
**qualis.** conveniat? Affirmat Hippocrates libr. 2. Aph. 21. ubi inquit: λιμὸν δῶκεταις λυθ: famem, scilicet præter naturam, vino potio solvit. Idem Galenus in *Coma.* inuit, malitè videlicet magis accommodatum esse remedium vini potitionem, quam ciborum multitudinem, additque se multos sanasse, vinum abundanter exhibendo illudq; calidum flavi vel rubri coloris, absq; astringente, præmissi videlicet pinguibus eductis antequam sitire inciperent.
- III. Rationem addit Matth. de gradibus in 9. *Rhas.* cap. de app. can. quod vinum ejusmodi maximam nutriendi vim habeat, & assumptum post pinguis alimenta diu in ventriculo remaneat, ut ita suam alterationem adæquatam sustinere cogatur? imò & causam frigidam mucilaginofam videlicet vel m. materiam collectam attenuare atq; eportell, quia ratione materiam sordida corrigit & per consequens ad affectionem illam tollendam infert.
- Quid



IV. Quid si adderemus generosum vinum spiritu suo proprio copioso mordicantem illam aciditatem corrigere, temperare, fructus illius impedire, eundemq; naturæ amicam & convenientem reddere? an illud absurdum sit, non video, præsertim cum sensus testetur aciditatem mordicantem aceti, quam diu cum vino conjuncta est, ita temperatam & correctam esse, ut palato saporem jucundissimum, naturæq; nostræ maxime convenientem exhibeat. Adde quod ægens respectu sui adequati patientis maxime vim suam exerat in rebus naturalibus, quemadmodum Philosophi probant: at vero vini spiritiosa propria substantia naturaliter hanc virtutem habet, ut aciditatem illam temperatam atque jucundam reddere queat.

Singulæ  
questionis  
confirmatio.

QVÆSTIO IX.

An vehemens sitis oxycrato ebibito com-  
pescenda?

I. Inmoderata & vehemens sitis frequenter ob orificium ventriculi sinistrum vel per se, vel per consensum affectum accidit, de qua queritur, nū oxycrato ebibito comescenda sit? Affirmativa deducitur ex Gal. lib. 1. de simpl. med. fac. propterea quod oxycratū ex aceto & aqua compositū vim refrigerandi & humectandi possidet, non sine insigni vi penetrandi, cujus ratione per intimas partes sese insinuat, & fontē mali

Affirmatur  
quæstio.

corrigit. Quatenus enim aceto constat, eate-  
nus fervidas exhalationes coagulat & refriga-  
rat, indeque generatam sitim extinguit: qua-  
tenus autem aquam admixtam habet, eatenus  
humectandi refrigerandique maiorem facultate-  
m continet, utpote cum aqua inter humectan-  
tia sit humidissima.

II. Et quamvis aqua per se sola considerata re-  
spectu refrigerandi & humectandi facultatis  
satisfacere videatur, quatenus ab excedente ca-  
liditate & siccitate oritur: non tamen sola u-  
surpatur propterea quod vi sua condensandi diu-  
moretur in præcordiis, & obstruendo calorem  
præter naturam colligat, destitutaq; penetran-  
di facultate ad partes intimas sese insinuare ne-  
sciat. Additur ergo acetum, & hoc modo oxy-  
cratum producitur, quod non tantum refrige-  
rat & humectat, sed simul attenuandi pene-  
trandique potestatem obtinet. Notandum ta-  
men in ea siti præter naturam potissimum hoc remedium  
convenire, quando caliditas & siccitas excedens  
affectioni præbent originem, quod frequenter  
in febribus ardentibus per consensum fieri con-  
suevit.

#### QVÆSTIO X.

*An in inflammatione ventriculi semper  
vena secanda?*

I. *Quemadmodum aliæ corporis partes ita*

Stomachus vel ventriculus quoque φλεγμονή  
 vel inflammationem interdum patitur, tamque  
 vel sanguineam, ubi dolor ac tumor circa par-  
 tem affectam, cum sensu gravitatis, multique  
 caloris, accedente siti valida, febris ardente &  
 nausea deprehenduntur, vel cholericam, ubi ve-  
 hementior ardor ac sitis, febris quoque ardentissi-  
 ma, sed tumor ac gravitas minor est, ut Alici-  
 mar. lib. 7. de med. mor. cap. de Stomach.  
 Inflamm. innuit.

II. *Quarimus hic an etiam in hoc affectu ve-* *Affirmatur*  
*mesectio conveniat? affirmamus cum Matth.* *quæstio.*  
 de Grad. in lib. 9. Khal. cap. de dolore  
 & Apoltemate Stomachi, cum Alimaro  
 citato loco & reliquis practicis, propterea quod  
 in principio statim eo allaborandum sit, ut pec-  
 cans & assluens materia à parte Inflammatio-  
 ne obsesta per revulsionem avertatur, quod com-  
 modissime venæsectione fieri potest, præsertim  
 in sanguine a' uodantia simul conjuncta, ubi  
 sanguis educendus pro ut vires ferunt, copiose,  
 ipsumque opus, necessitate requirente, renovan-  
 dum ac denuo reiterandum est.

III. Imò non tantum in sanguinea, sed etiam  
 in cholericâ inflammatione sanguinis missio ap-  
 probatur, cum etiam in hac materia assluens ad  
 partes remotas per phlebotomiam revellatur, &  
 fervor humorum contemperetur: ut enim cho-  
 lera per se sola considerata non intraducit in-

flammationem. sed quatenus cum sanguine abundat, ita etiam sanguinis motum sequitur, eoque eructato vel alia ratione correcta suam quoque correctionem sustinet.

Ita de cordis & ventriculi quibusdam affectionibus ansam disputandi præbere volumus, consequenter. D.E.O. volente, de morbis intestinorum & mesenterij, de jecoris & lienis affectionibus, de renum & vesicæ dispositionibus præternaturam, de muliebris malis, ac tandem de morbis venenatis peculiaret quing. decades problematum elaborabimus.



## P A R S P O S T E R I O R

*Continens quinque Decades in Acade-  
miâ Giessena elaboratas &  
propositas.*

Σὺν Διῶ

## D E C A S S E X T A

D E M O R B I S Q V I B V S  
buldam Intestinatorum,  
Mesenterii & Omenti,

## R E S P O N D E N T E

L V D O V I C O I V N G E R M A N -  
N O, Lipsens.

ἑρροίμιον.



T Intestina vicinaq; partes Cur inte-  
alix non solum à corde, caloris stina vici-  
vixq; principio, plurimum di- naxq; par-  
stant, sed insuper excrementis ab tes pluri-  
alimentoꝝ concoctionibus pro- morum  
deuntibus quotidie scatent, ita mirum non est, morborum  
insdem varios gravissimoq; morbos accidere, origo  
de quibus presentem συζητητικῶν singularibus  
quibusdam quaestionibus tam cognitioni, quam  
curationi plurimum inservientibus institue-  
mus.

## QVÆSTIO I.

*An Spiritus salis conveniat in colicis doloribus?*

Colici doloris natura.

I. Κολικὴ ἀνάδρασις Æginetæ, morbus intestini pleniore Cæli, communis nomine dolor colicus dicitur. & ab Hippocrate & Galeno sub dolore intestinorum comprehenditur, quemadmodum vult Mercurialis lib. 3. pract. 26. ut non verisimiliū sit assertio Plinii libr. 26. natur. hist. c. 1. qui scribit, morbum hunc primum omnium esse expertum Tyberium Imperatorem, cui etiam Scribonius Largus suffragatur, qui multas antidotas propter dicti Imperatoris colicam compositas proponit.

Colicus dolor quid.

II. Est autem colica passio dolor ingens, intestinum colon unā cum secum retentione occupans, cuius causa antecedens potissimum consistit vel in crasso & pituitosis humoribus intra coli membranulas subsidentibus, vel in materia flatulenta præter naturam ibidem contenta, vel in inflammatione dicti membri, vel tandem in acri mordacique succo dictum intestinum afficiente.

Causa doloris colici.

III. Sed non rarò accidit, ut causa dicta misceantur, potissimum tunc temporis, cum morbus diuturnior est, ubi frequenter unā cum crassitie materia jungitur etiam acrimonia flatulenta cum inflammatione. Hanc ob causam juxta

Sententia Hermeti-

Scha-

*S*cholam Hermeticorum διαδοσις κολική ex corum, de  
 mucilagine Tartarea, styptici & acetosis spiri- causa coli-  
 tibus permixta producitur. ci doloris.

*I*V. Quæritur autem in præsentia num etiam in hoc morbo Spiritus salis conveniat? Fortassis negativa quibusdam placebit, propterea quod juxta Galenum l. 12. Meth. Medend. cap. 8. in hoc casu abstinendum ab iis, qui admodum calefaciunt, quatenus illa crassos humores in status convertunt & exacerbationem affectus majorem introducunt: at salis calefaciendi & resolvendi qualitate præditum apud omnes constat, unde sequitur spiritum ejus excessu & præminentia quadam δυνάμει salis possidentem his minime convenire. Adde quod Spiritus salis maxime penetret, adeoque peccantes humores magis exacerbare videatur.

*V.* Contra quod spiritus salis spagyricè præparatus optimè conveniat in colicis doloribus confidenter asserimus, tum quod attenuandi, resolvendiq; potestate peccantes humores corrigat, tum etiam quod discutiendi facultate flatulentiam materiam digerat. Adde quod materiam putrescentem alteret, & plurimum à putredine superfluos humores præservet. Imò vi aperiendæ causam morbificam disponit, ut eò citius ab eadem natura sese liberare queat. Tandem quatenus servidas & sulphureas exhalationes deprimat, sen fixas reddit, eatenus optimum quoque

Rationes  
 quæstionis  
 negantes.

Affirmatus  
 quæstio.

contra vehementissimum dolorem ab acris & fervidis mucilaginis tartarea spiritibus ortum anodynum constituunt.

Determi-  
natur quæ-  
stio per  
cautelam.

VI. Nota tamen pro limitatione quæstionis, quod in effectu dicto primum eo respiciendum sit ut medicamentu lenientibus, potissimum clysteribus, alvum aperiamus. & ea que methodu impedendi requirit, tanquam universalia non negligamus, priusquam accedamus ad usum spiritus salis, qui justo tempore usurpatus propter dictas rationes plurimum præstat, præsertim in colica, quam crassa & viscida materia cum acrimordacitate coniuncta generat, ubi paucis tantum guttis, in vino vel aqua appropriata, Chamomilla scilicet, vel simili, jejuno stomacho exhibetur, de quo vide plura in Medulla de stillatoria pag. 86. tract. 3. in Basil. Chym. Crollii pag. 149.

Solvuntur  
argumenta  
Argantia.

VII. Ad dubitationes propositas respondeamus: & licet primum admodum calefacientia non concedantur à Galeno: non tamen hæc assertio simpliciter proponitur, quia Galenus ea tantum calefacientia rejicit, que liquant in flatu vertunt humores peccantes, non autem discutunt. Hanc ob causam addit, colicum dolorem, per ea que incidunt, concoquunt, flatu discutunt, excitantque, citra valentem calefactionem rectissime curari: at verd qualitates hæc maxime conspiciuntur in spiritus salis; cum enim salis propriè

Salis vir-  
tutis.

fit



fit inter ceteras facultates quas possidet detergere, obstructiones expedire, p̄t̄ res-  
titionem & corruptionem arere, ut inquit Quercetanus  
libr. 4. defens. cap. 20. multo magis talia  
prestabit spiritus ejus, qui in pluribus naturam  
salam superat, acrimonia videlicet destitutus,  
γλυκυσίανω sapore summi penetrans, sicuti  
nullam vel calorem generans, sed potius extin-  
guens, quod in hydropticū apparet. Hinc ergo  
non timendum, quod vi sua penetrandi peccan-  
tes humores magis exacerbare possit, cum & ipse  
potius serocientes spiritus consumat & colligat,  
quò eò citius à natura superentur & extinguan-  
tur.

## QVÆSTIO II.

*An vinum conveniat in dolore Iliaco?*

I. ΕΙΛΕΘ & interdum χόρδα & voca- Nomen  
tur vehemens intestinorum dolor, quem Latini Ilei.  
volvulum à tortura Ilei intestini, quidam mise-  
rere πει, quod affectus sit peracutus gravissi-  
mos dolores lethales inserens, quasi ειλέθ  
dicatur ἀπὸ τῆς ειλέσθαι, quod est misereri,  
quemadmodum placuit Rhasi, licet denomi-  
natio vocis potius cum Galeno libr. 2 Meth.  
Medic. cap. 2. ab ειλέω quod significat ver-  
to seu volvo deducenda videatur. Barbari pas-  
sionem Iliacam nominant: Et non aliunde Causa prin-  
provenit quàm à superfluitatum, quæ per al- xima Ilei.  
vum excerni debent, præternaturali retentione,  
quam

quam leſa virtus expulſrix introductis, ut habet Salius de affect. part. cap. 11. Causas antecedentes obtinet cum colico dolore plurimum convenientes, ſed vehementiores, quatenus obſident inteſtina tenuia magis exquisito ſenſu prædita, quocirca dolor hic magnitudine, tempore & ſitu à colico dolore diſtinguitur.

II. Num autem in ejuſmodi dolore Iliaco patientibus vinum concedendum dubium eſt, præſertim ubi conſideramus aſſertionem Cælii Aureliani lib. 3. de acut. paſſ. cap. 16. negativam ſtatuentis. 1. propterea quod vinum inflammationibus minime conveniat; At verò dolor Iliacus ut plurimum ab inflammatione oritur, vel ſaltem non eſt abſq; inflammatione. 2. Adde quod vinum ſoporem inducat, exhalationibus ſuis ad ſenſum officinam ſublaturum: At ſomnus & ſopor ad deobſtruenda inteſtina videtur inconueniens.

III. Contrarium verò ſtatuit Hippocrates lib. 3. de morbis & lib. 2. Epid. ubi laudat potum generoſum in hoc morbo, donec ſuperueniat ſopor. Nec ſine ratione, quia primò humores obſtruentes frigidi per uſum vini generoſi ſunduntur & colliquantur: Deinde cum dolor Iliacus jungatur cum obſtructione vehementi, neceſſarium eſt, ut ejuſmodi nutrimentum adhibeatur, quod ſacillimè nutriat, & non tam per alvum, quam alia ratione partes ſuas excre-

Rationes  
negatives.

Retinetur  
affirmati-  
va.

mentitias, nimirum per vias urinarias & sudorem deponat, quod maxime de vino conceditur.

IV. Notandum verò ex Mercurial. lib. 3. de Limitatio affect. infimi ventris cap. 27. quod Hipp. questionis pocr. commendat vinum generosum non in omni illo, sed quando peccans humor frigidus est. Licet enim interdum inflammatio quoque concurrat, nihil tamen obstat, quin vinum concedi possit, quatenus causam obstruentem respicimus. Quod soporem modicum attinet, illum nullo modo improbanus, propterea quod ad dolorem, à quo vires enervantur & corrumpuntur, contemnat.

### QVÆSTIO III.

Num aliquando Venæ sectio tentanda in diarrhæa?

I. Multiplex est alvi profluvium, quod Diarrhæa nomine circumfertur, & in eo distingui quidetur ab alio, quod copiosa excretionem sine exulceratione & inflammatione tunc in ægros ægri molestum sit. Hujus curationem non peragit Medicus manu imposita, cruceque impresso, quæ ratione Monachus quidam Dominicanus aliquando mulierem ab hac affectione diuturna teste Benivenio cap. 45. de abd. liberavit, sed convenienti remedium usu secundum indicationes curativas instituit.

Inter

II. Inter iudicata verò dubitatur, num eti-  
am interdum venæ sectio conveleat?

**Negantes  
rationes.**

*Negativa confirmabitur hoc modo. I. Ut con-  
trariorum contraria sunt remedia, ita sequitur  
evacuationem per evacuationem minimè cu-  
randam esse: atqui diarrhœa est evacuatio. Er-  
gò consequens est eandem per sanguinis detra-  
ctionem minimè curari. II. Accedit quod  
in omni fluxu morbifico vires deſciantur: at  
harum debilitas obſtat, quo minus venæ sectio  
tentari queat. III. Adde Galeni decretum  
lib. 4. de victus ratione, ubi dicit, alvo ſluen-  
te ſanguinem non eſſe detrahendum.*

**Aſſirmâtes  
rationes.**

*III. Contra quod affirmativa deſendi poſſit,  
argumentis ſequentibus probatur. 1. Quia ſæ-  
pius requiritur, ut fluxus humorum ad partes  
oppoſitas revellatur, quod venæ ſectione fieri po-  
teſt. 2. Quia diarrhœa propter copiam ſan-  
guinis in toto ſuperabundanti oriri poteſt: at  
ejuſmodi plethora venæ ſectionem indicat, tam  
reſpectu ſui, quam propter laborantem retentri-  
cem inteſtinorum. 3. Quia venæ ſectione mor-  
daces humores temperantur, & ad meliorem  
ſtatum à natura reducuntur.*

**Deciſio** IV. Notandum igitur juxta Foreſtum lib.  
quæſtionis. 22. obſerv. 6. & Altimar. cap. de diarrh.  
ad venæ ſectionem in alvo ſluxu procedendum  
eſſe, quando ſanguinis adeſt abundantia, ſucci  
præ multitudinis in vaſis non retinentur, virti-  
bus

bus & etate non prohibentibus, ut ipsum profluvium cobibeatur, & qui confluunt ad ventrem peccantes humores revellantur, juxta Hippocr. 6. de morb. vulg.

V. Ad argumenta negantia patet responsum. Respondetur argumentis negantibus.  
 Ad 1. Licet vena seltis sit evacuatio, non tamen eadem est cum alvi profluvio, sed in hoc respectu rationem contrarij obtinet, quatenus materia aliud transferendo fluxum illum sistit. Ad 2. In duobus malis minus eligendum, ubi tamen eo respiciendum, ut consideremus agri vires, quales sint, quæ non prohibeant sanguinis missionem. Ad 3. Galenus de Critico fluxu loquitur, quem in presentia merito excipimus.

#### QVÆSTIO IV.

*Virum lac in lienteria concedendum?*

I. Λιεντηρία quasi λείπτως τῶν ἐν τῆσιν ἐστὶν Lienteria fluxus alvi & sculentorum non mutatorum ab in- quid? testinorum retentrice abolita dependens, ut habet Capivaéc. lib. 3. Pract. c. 16.

I. In hoc affectu num lactis usus concedendus quæritimus? Negatur questio sequentibus. 1. Quia in lienteria plurimum vitanda sunt, quæ ad alvum subducendam faciunt: et lactis usum alvum subducit, quatenus respectu copiosi seri detergit, humectat & sperit. 2. Quia lac assumptum refrigerat:

at refrigerantia merito vitantur in lienteria, cum alias in hoc affectu facultatis consequentis debilitas adsit.

Rationes  
affirman-  
tes.

III. *Contrà lactis usum commendat Fuchsius l. 3. de medend. morb. cap. 14. cuius assertio confirmari potest: 1. quia in lienteria eo respiciendum, ut adhibeatur nutrimentum aliquod facili alterationis, propterea quod propter imbecillitatem retentricis alimenta in ventriculo & intestinis diu remanere nequeant: atqui tale est lac, utpote quod teste Galeno lib. 6. de plac. citra alterationem ventriculi ad jectur transiens in sanguinem converti potest. 2. quia respectu caseosa substantia superabundantis lac aliquo modo vim obstruendi tenet. 3. quia tenues & acres humores expultricem facultatem irritantes temperat.*

Limitatio, IV. *Notandum tamen hæc omnia non de lacte simpliciter, sed de lacte cocto concedenda esse, quando, scilicet per coctionem, serosa lactis abundantia, quæ propter nitrosam qualitatem detergit & aperit, sensim exhalat, unitis interim & bene coagulatis partibus reliquis ad nutritionem aptioribus, & lientericis bene convenientibus, tunc temporis potissimum, ubi dejectiones acres & biliosa sunt. Unde patet, quid ad argumenta opposita respondendum.*

## QUESTIO V.

*An Dysentericus internus cura usque  
conveniat?*

I. *Gravissimum satiusq; molestum & pericu- Dysenteria  
losum est malum, quod Græci δυσεντερία. La- quid.  
tinis per translationem intestinorum difficultas  
dicitur, estq; nihil aliud juxta Galeonum lib.  
6. de locis affect., cap. 2. propriè loquendo,  
quam exulceratio intestinorum cum cruentis  
alvi dejectionibus.*

II. *Oritur hic affectus quo ad causam in- Causa dy-  
ternam ab acris & erodentibus humoribus senteria.  
αἰσῶος à reliquo corpore ad intestina consuen-  
tibus, qui visciditatem & lentorem quendam  
nanciscuntur, cuius ratione plus solito intestinis  
adherent, eademq; exulcerant, ut habet Mer-  
catus lib. 3. de intern. morb. curat. cap. Cur acris  
12. unde patet, qui fiat, quod sapiens in diarrhæa humores in  
peccantes humores mordacissimi ac fervidissimi diarrhæa  
sentiantur, & nihilominus exulcerationem in- non intro-  
testinorum non introducant, quatenus scilicet ducant dy-  
ejusmodi viscida qualitate destituuntur, & senteriam?  
intestinorum tunicis aliquandiu adherere neque-  
unt.*

III. *Quomodo verò patientibus methodica Quid in dy-  
curatione per ea, quæ materias peccantes edu- senteria  
sunt, acrimoniam eluunt, ulcera detergent & gendunt?*

*M*

*con-*

consolidant, succurrendum, juxta præsens institutum non demonstrabimus sed tantum quaestioni hujus determinationem subijcimus, num scilicet internus ceræ usus dysentericis conveniat?

Affirmatur  
quæsitio.

IV. *Affirmativa confirmatur à Dioscoride l. 2. de mat. med. c. 76. ubi inquit, ceram in forbitionibus commodissimè dysentericis dari. Galeus quoque non dissentire videtur, lib. 2. simplic. c. 12. ubi concedit, interdum ceram etiam intestinis infundi posse, quatenus mordicantes & erodentes humores temperare potest. His autoritatibus non contemnenda ratio subijcitur, propterea quod cera, iuxta Galen. lib. 4. simplic. c. 5. sit ex numero eorum, quæ citra mordacitatè exsiccent & consolident, atq; hoc modo medicamentum Emplasticum constituat, quale pro curatione dysentericæ, respectu exulcerationis requiritur. Adde quod pinguitudine sua temperata plurimum intestina assècua leniat, quâ de causâ propter utramq; rationem genus hoc remedii à muliere quadam medicæ cuiusdam agro propinatum minimè rejiciendum esse statuit Valeriolus lib. 3. observat. 4.*

Monstra-  
tur utendi  
ratio.

V. *Cautio tamen adhibenda est in utendi modo, quæ cognitâ facili negotio contradicentibus instantiis satisfieri potest, ubi notandum, quod primum in cera iusta requiratur præparatio, qua lotione convenienti fieri potest, ut lentor & visciditas eius eò melius deponatur, quod in alba cera patet: deinde cera hæc præparatâ juxta*

commu-



communem opinionem pomum curtipendulum excavatum impletur, igne lento assatur, donec cera liquata per substantiam pomi diffusa sit, atque hoc modo pomum assatum dysentericis comedendum offertur, non semper, nec in principio, sed in contumaci dysenteria, tunc temporis, cum exulceratio satis elota ac deterfa videretur.

VI. Valeriola citato loco pro pomo commendat malum Cotonium, ut simul adstrictoria & Valeriola glutinaria facultate remedium præditum sit, nec tamen cum pomo illud ipsum utile esse differtur, quatenus molliori pomi substantia facilius in ima aditus atque transitus ceræ præbetur.

VII. Quercetanus etiam in Pharmacop. dogm. cap. 3. ejusdem remedium utilitatem commendat, ubi drachmam unam ceræ alba pulverisatæ commiscet cum eadem quantitate gummi Arabici, eodemque modo cum pomo assato, præmissis remediis universalibus præpinat. Modus  
Quercetanus.

VIII. Nos anno superiori, cum Epidemia dysenteria plures apud nos invaderet, multis, in quibus contumacior affectus videbatur, magno cum successu ceram albam cum pulvere gummi Arabici vel Tragacanthæ in pyræ assatis post universalis & particularia remedia convenientia præbuimus, ut adhuc hodie nobiscum vivant, qui eodem remedio, tunc temporis ejusdem ignoto, ex cymba Charontis revocati sibi videntur.

*An in tenesmo interdum purgan-  
dum?*Tenesmus  
quid.

I. Tenesmus vel tenesimus ἀπὸ τῆς τείνεσθαι, quod sit frequens et inanis excernendi cupiditas, juxta Paulum lib. 3. de re med. cap. 41. dicitur & symptomata dysenteriae similia, nempe cruentas & mucosas excretiones infert, cum nixu tamen multò vehementiori, magisq̃ inani, sicuti Galenus habet lib. 3. de caus. symptom. cap. 2.

Causa Te-  
nesmi.

II, Causa tenesmi serè convenit cum illa quæ dysenteriam excitat, nisi quod variatio sequatur respectu partis affectæ, quatenus exulcerantes causæ solum intestinum rectum in tenesmo, reliqua verò indifferenter in dysenteria præter naturam afficiuntur.

Negantes  
rationes.

III. An autem aliquando in hoc affectu purgandum dubitatur? Negativa probari poterit hoc modo: 1. quia per purgationem impeditur ulceri mundificatio, & consolidatio, quatenus peccantes humores è reliquo corpore magis affluunt. 2. quia per purgantia deterior fit exulceratio, quatenus incalescit & irritatur. 3. quia per purgantia natura magis ad excernendum extimulatur, unde symptoma conatus irriti deterius redditur.

IV. Contra questionis affirmativa, quod  
sapius

*sepius in tenesmo purgandum, frequentibus confirmatur: 1. quia tenesmus frequenter post dysenteriam oritur ab acri sanie relicta vel humoribus peccantibus intempestivè restrictis: at hic purgatio requiritur. 2. quia magna ex parte pituitosis accidit tenesmus, propterea quod in intestino recto crassa & viscida pituita coaceruetur: at hac purgatione tollitur, ergo sequitur à tenesmo purgandum esse.*

Affirmantes rationes.

*V. Pro quaestione resolutione notandum, primò quod alia sit purgatio propriè sic dicta cathartica, alia lenitiva, quarum hac, & non illa, in tenesmo non raro requiritur, utpote quæ non ex toto corpore, sed ex primis tantum viis materiam peccantem educit: deinde distinguendum inter causas tenesmi, quæ sepius tales sunt, ut evacuatione lenitiva non indigeant.*

Deciditur quaestio.

*VI. Ad argumenta contraria negantia respondemus. Ad 1. Procedit argumentum de cathartici propriè sic dicti, quæ tam in tenesmo quàm in dysenteria non concedimus. Ad 2. Licet irrietur ulcus etiam per lenitiva, nõ tamen affectus deterior redditur, propterea quod hac ratione causa conatus irriti, mordax videlicet & extimulans materia tollatur. Ad 3. Extimulatur per purgantia natura, non tamen conatus irritus, sed eo sine, ut noxia rejiciantur.*

Responsio ad opinionem negantem.

## QVÆSTIO VII.

*Num q̄s qui vermibus intestinorum laborant, dulcia concedenda?*

Vbi gene-  
rentur ver-  
mes,

I. *Quamvis Avicenna lib. 3 fen. 16, tract. 5. cap. 2. serè tantùm in colo & cæco vermium generationem fieri statuat, non tamen hæc assertio simpliciter acceptanda, sicuti notat Savinorola tract. 6. Pract. major cap. 16. Sed respectivè tantùm, quatenus pauciores extra colon & cæcum generantur. Alias negari nequit in omnibus intestini interdum vermes oriri posse, quia in omnibus cause productiva vermium concurrere possunt, Pblegma scilicet putridum, tenacitate sua lateribus intestinorum adhaerens, quod ulteriori mora magis corrumpitur, et ab agente calore in vermes convertitur.*

II. *Imò non tantùm in intestinis, sed etiam in aliis partibus corporis vermes generatos esse clasticorum autorum experientia testatur, ubi notatù digna est historia, quam refert Beniven. de abd. cap. 2. de verme quodam monstruosa, per vomitionem è ventriculo ejecto, quem Paræus lib. 19. depingit; ut & altera, quam habet Marcellus Donatus lib. 4. histor. mirabilium cap. 26. de alio vermium monstro per vomitum à Patritio quodam Mantuano reddito.*

III. *Nec obstat hoc loco Philosophi autori-*

in lib. 4. Meteoror. cap. 3 inquit: ζῶον δὲ An vermes  
 ἐγγίηται ἐν τῇ στήθεσσι. Ὅτι περὶ τινὲς φασὶν in ventri-  
 ἀλλ' ἐν τῇ ἀποκρίσει συμπομένη ἐν τῇ κάτω culo gene-  
 κοιλίᾳ. quia dictū hoc intelligitur de stomacho rentur

hominis sani, in quo nunquā vel raro generantur  
 vermes, ut recte mox citato loco Savonarola.

IV. Dubitamus autē in presentia num iis, qui  
 vermibus afficiuntur, dulcia concedenda  
 sint, propterea quod vermes ad cōtenta toto ge-  
 nere præter naturā referantur, quā ob causam  
 sui ablationē indicant, ubi requiruntur, ut occidā-  
 tur & expellantur. at verō que dulcia sunt, ver-  
 mes & lumbricos in corpore nostro nutriunt, au-  
 gent & conservant, quōcirca passim ab autoribus  
 amara, nimirum semen Centaurii minoris, ru-  
 tæ, absinthii, Aloe & similia commendantur.

V. Sed notandum ex Paræo lib. 19. Chi-  
 rurg. cap. 5. quod vermibus naturaliter insi-  
 tum sit, ut amara fugiant, & dulcia persequan-  
 tur: hanc ob causam cautio est adhibenda, ne  
 per exhibita amara lumbricos recedentes ad  
 partes nobiliores & principes depellamus. Non  
 igitur inconveniens erit, primò statim clysterē ex  
 lacte, melle ex saccharo, sine olei & amari me-  
 dicamentis infundere, ut vermes eò magis infe-  
 riora petant, & consequenter citius expelli que-  
 ant: & cum dulcedine illēcti facilius id quod ne-  
 cem inferre potest, devorent, idēo que amaritie  
 vermes necare possunt, cum lacte saccharato per  
 os exhibere conveniet.

Resolutio  
 questionis.

## QVÆSTIO IIX.

*An diuturnus Hæmorrhoidum fluxus  
constringendus?*

I. *Ut in mulieribus sanguinem superfluum singulis plerumq; mensibus provida natura per uterum evacuat, et viri quibusdam, præsertim senibus, in quibus ob caloris debilitatem aliquid sanguinis non digesti, seu in partium naturam non conversi superabundat, illud ipsum per fluxum venarum hæmorrhoidaliū accidit.*

Rationes  
affirma-  
tes,

II. *Querimus autem, num diuturnus ejusmodi fluxus hæmorrhoidalis constringendus? Videtur quod sic: 1. quia fluxus sanguinis immodicus toto genere præter naturam est: at verò que toto genere præter naturam nobis accidunt, per contraria corrigenda sunt. 2. Quia diuturnus hæmorrhoidum fluxus natura debilitatur ob resolutionem spirituum: at medicus est minister conservationis nature. 3. Quia per immodicum sanguinis fluxum corpus non solum refrigeratur, sed partes quoque debito suo nutrimento destituuntur.*

Rationes  
ærgantes.

III. *Contra quod diuturnus hic fluxus non protinus constringendus, probatur sequentibus: I. Quia Hippocrat: est aphorismus lib. 6. aphor. 12. Sanato à diuturnis hæmorrhoidibus, nisi una quæpiam serve-*

seruetur, periculum aque inter cutem vel tabis impendet. II. Quia quod Galenus in commentario subjicit, sanguis peccans ad jecur aliaque membra nobilia regurgitaret, caloremq; nativum suffocando debilitaret, ac tandem extingueret. III. Hinc obstructionem hamorrhoidum affectum variū, præcipuè quartana, & ex liene icterus sequuntur, ut habet Jobertus lib. de quart. cap. 9.

IV. Pro controversiæ resolutione notandam, quod hamorrhoidum fluxus, quatenus sit ab expultrice coacta à sanguine superfluo & noxiis propriè & absolutè loquēdo sit præter naturam, ut habet Savonotola tract. 6. Pract. major. cap. 17. in fine. Quapropter in eo differt à fluxu menstruo, quod hic communiter sanis etiam constitutionibus conveniat, quatenus natura provida boni sanguinis abundantiam mulieribus concessit, tandemq; per uterum ablegare voluit, ut suo tempore factis generationi, nutritioni & augmentationi, tanquam alterum ortus nostræ principium inserviret, sicut fusius demonstravimus, lib. 1. de corpor. & anim. Exerc. 1. quæstio 5. Hinc etiam optimè valentibus benèq; constitutis hamorrhoidalis fluxus non accidit, nec conciliari procurari vè debet, ut inquit Solenander sect. 3. consil. 20. Quibus autem naturis peculiare est hoc profluvium, & per consuetudinem quoque

Quæstionis  
decisio.

naturale, in iis singulari dexteritate & prudentia Medica ita regatur, ne vel diutius supprimatur, quàm corpori sit utile, vel copiosius humorem fundat, quàm valetudinis præcepta requirant. Recte igitur Jachinus in 9. Rhaf. Cap. 72. asserit, nunc permittendum esse fluxum hæmorrhoidalem, si per periodos id faciat, neque superfluum sit: nunc suppressendum si res ledat, ut inde concoctio vitietur, & hydrops sequatur.

Responſio  
ad argu-  
menta in  
utramque  
partem  
proposita.

V. Ad argumenta in utramq; partem proposita patet responsio, quando perpendimus, quod affirmantia tantum concludant de fluxu laudabili sanguinis in consuetis naturis sine periodis accidente: Et quod negantia loquantur de iis hæmorrhoidibus, quæ sanguinem peccantem in naturis consuetis, & neutrali quadam corporis constitutione præditis certis temporibus evacuant.

### QVÆSTIO IX.

*An mesenterii obstructio Melancholicam hypochondriacam generet?*

Cur plures  
sint mesen-  
terii mor-  
bi.

I. Circa mesenterium varias affectiones præter naturam generari dubium non est, ubi consideramus, quod mesenterium sit quasi sentina totius corporis, in quam tanquam sedem ignobiliorem natura deponit illud, quod interdum partibus nobilioribus noxium & inimicum est.

est.



est. Testatur hoc maxime observatio Paræi lib. 22. Chirurg. cap. 39. qui quondam in disse-  
ctio ejusdam mulieris cadaveris in ipso mesente-  
rio abscessus infinitos à se invicem differentes  
invenit: item Philipp. Ingrassk. de Tumor,  
tract. 1. Tom. 1. c. 1. qui in publica suspensi  
ejusdam anatomia mesenterium variis scro-  
phulis & abscessibus repletum demonstravit:  
Marcellus Donatus, qui lib. 4. cap. 7.  
histor. mirabil. confitetur, se in cadavere cu-  
jusdam febricitanti ac tandem cruenta puru-  
lenti aq. dejectione morientis in dissectione sordi-  
dum ulcus mesenterii ea parte qua rectum at-  
tingit intestinum invenisse: Et Coiter in ob-  
servat. Anat. eidem rei fidem facit, ubi  
monstrat, quod in Patria Noribergensi homi-  
ne intemperatissimo, cacochymo & cachectica  
post mortem aperto collectam materiam puru-  
lentam & fetidam inter duas mesenterii tunicas  
invenit, que majorem infimi ventris par-  
tem occuparunt: sicuti quoq. Benivenius cap.  
33. de abdit. in historia juvenis ex alvi tormi-  
nibus mortui & dissecti.

II. Inter illa verò que mesenterio præter natu-  
ram accidunt est etiam obstru. 6, de qua qua-  
ritur, an melancholiam hypochondria-  
cam generare possit? Negativa probabi-  
li. videtur ex Mercato lib. 2. de morb.  
muhedr. capit. 6. ubi monstratur, quod  
obstru.

Negatur  
quæstio.

obstructio Meseræi & Melancholia hypochondriaca plurimum differant in mulieribus & virginibus, propterea, quod fiat melancholia hypochondriaca, quando sanguis sæculentus in hypochondriis exuratur & effervescat, ex cujus halitibus postea caput & cor afficiantur, ita ut melancholici subinde terrores mœstitiarum, subsequantur: at in virginibus alba febre laborantibus adest quidem obstructio circa mesenterium, sed sanguis ibidem collectus refrigeratur & retundescit, ac universum generat affectum frigidum, quod color eorum subalbidus crudorum humorum soboles testatur.

II. Notandum igitur quod obstructio mesenterii, quatenus talis, non generat Melancholiam hypochondriacam, sed prout constat ejusmodi materia obstructiva, quæ exustione & fervore melancholicis fumis & halitibus artem Mineræ perturbat, & operationes principes depravatas reddit.

### QVÆSTIO X.

*An tumor omenti curabilis?*

Omentum  
quid.

An omentum  
tumore afficiatur?

I. Omentum græci ἐπίπλοον, quoniam intestinis & ventriculi fundo ἐπιπλαῖ, hoc est, innatat substantia membranæ ex duabus tunicis quamplurimum venis, arteriis nervis, & adipe copiosa contexta constat. Hanc partem corporis tumore præter naturam affici posse facillime patet, quando perpendimus copiosa vasorum

serm

ferie corpus illud membranosum peditum esse, ut mirum non sit materiam præter naturam ad hanc partem deponi posse, præsertim cum aliàs apud omnes in confesso sit, nobiliores partes id quod noxium est, ad ignobiliores ablegare. Quod maxime quoque colligitur ex ipso Hippocrate l. de glandul. dum inquit, copiosiores humiditates, ab intestinis ad glandulas proprias ad hanc influentem, in omento velut aestuario conservari.

II. Licet autem hujus tumoris omenti nulla ferè fiat mentio apud Præcticos, negari tamen non potest, eundem non raro accidere, cujus rei confirmationem non solum ratio dicta suadet, sed experientia quoque comprobat, ubi notata dignam subjicimus historiam de tumore satis monstroso post dissectionem in sæmina mortua invento. Vivebat novissimum anno superiore singuli cujusdam uxor, vivebat inquam sed satis miserè, cum ejusmodi venteris tumore, ut ascitem ingentem quantitate mentiretur. Molem hanc ventris per annos aliquot sovebat & pedetentim auxerat, frustra præscriptis & adhibitis variis remediis ad resolutionem et dispersionem tumoris à pluribus ordinatis, è usque ut ponderu illius extensione non solum doloribus variarum partium consumeretur, sed insuper compressione pectoris ac diaphragmatis ob depravatam sanguificationem & reliqui corporis præceden-

Observatio  
singularis.

precedente, tandem extingueretur. Hæc hæc  
ante mortem septimanis tum à me, tum etiam  
ab alijs anxie petebat, ut post mortem tumor  
aperiremus & in salutem generis humani sin-  
gularem aff. cūm consideremus; id quod pler-  
rūq; tunc temporis nostris phibitū & nobis Me-  
dicis Professoribus ordinariis presentibus factum  
fuit anno superiori millesimo sexcentesimo octa-  
vo, d. 26. Aug. ubi post cutis & musculorum  
abdominis incisionem à Chirurgo tentatam, pri-  
mo intestina juxta dextrum latus ascendentia  
ocurrerant, quibus remotū loco secundo tumor  
ingens propria tunica satis crassa totam capaci-  
tatem infimi ventris complens, in conspectum ve-  
niebat, qui parte inferiori, ut & in lateribus sa-  
cili negotio, sine reliquarū partium lesione  
separabatur, at superius à fundo ventriculi par-  
tibusq; circumjacentibus non sine laceratione di-  
vellebatur. Exemplus hic tumor tantæ ma-  
gnitudinis erat, ut libras quinquaginta sex pen-  
deret, cum omnium admiratione, & stupore.  
Exterius undiq; satis crassa robustaq; membra-  
na constabat, qua dissecta primūm adiposa sub-  
stantia, postea scirrhosus & glandulosus tumor  
observabatur, donec in medio cavitas sætidi ser-  
ditūq; sanis repleta se offerret.

Quod tu-  
mor omēn-  
ti fuerit.

III. Tumorem hunc monstruosum in omento  
collectum fuisse, satis probabile est, quando stru-  
cturam oment. ejusdemq; connexionem cum alijs  
partibus

partibus consideramus, quemadmodum pulchrè nobiscum faciunt viri experientissimi Dominus Baubinus, ac Dominus Fabricius, quorum epistolæ & observationes hac de re ad me datas lectori candido inserim cum alijs notata dignis subjicere volui.

IV. An autem hic vel similis tumor curabilis sit, valde dubitum est, præsertim cum talis excrescentiæ non aliter quàm ferro, seu sectione curari velint: at quomodo in ejusmodi tumore interno sine vita periculo hoc fieri possit non video. Si quis tamen sagaci conjectura principium tumoris observabit, non dubitandum, quin usu continuo discutientium & resolventium sortiorum aliquid præstare possit. Tantum de præsentis materia.

Responsio  
ad quaestio-  
nem.



EX ÆDIBUS

DECAS SEPTIMA

De quibusdam jecoris & lienis  
affectibus,

RESPONDENTE

HENRICO ZIMMERMAN  
Thuringo.

Cum ventriculi, intestinorum & a-  
liarum circumjacentium partium functi-  
ones

Ratio ordinis.

ones ad Iecoris & Lienis operationes ordinatæ sint, quatenus materiam præparando & communicando sanguificationi serviunt, consequens est, ut jam quoque methodi ratione gravissimos quosdam patriam dictarum affectus consideremus, qui profectò, ut frequentiores sunt, & non minoris momenti ad vitam, ita majorem diligentiam, in arte sic requirunt, qua vitâ calamitosam & ruinosamque, quam præstant, præcavere, aut ad meliorem mutare possimus. *Mercat. lib. 4. de morb. intern. curat. in principio.*

### QVÆSTIO I.

*An hepaticis frigidis convenient amygdale & pistacia?*

Quinam dicantur hepatici.

Quæ sit causa affectionis hepaticæ?

*R. Quibus citra manifestum tumorem imbecillum sic visens aut organon sanguificationis, hos juxta veteres hepaticos vocat Jachinos cap. 50. in lib. non Rhaf. Oritur autem hæc imbecillitas uno è duobus modis, nimirum ut facultas hepatica a munere suo aberret, vel propter innati caloris detrimentum, qua ratione post febres ardentes, diuturnos alvi fluxus, aliaq; similia sæpius homines hepatici redduntur; vel propter excessum qualitatum temperiei, caliditatis scilicet, humiditatis & siccitatis, quibus excedentibus facilimè vitatur jecoris actio, propterea quod humor qualitati excedenti respondens copiosius generetur, ut inquit Merc. de Curator. facult. quæst. 214.*

*Vnde*

Vnde patet cur mala intemperie sine materia jecur non admodum afficiatur, quatenus scilicet excedentem qualitatem contentorum vitia subsequuntur.

Jecoris ista temperie rarò sine materia.

II. Licet autem calida intemperies affectionem hepaticam interdum generare possit, prout calor immodicus causa est cruditati duplici ratione, teste Mercuriali lib. 3. pract. cap. 17. sus-focando videlicet & hebetando calorem nativum jecoris, cujus respectu privatio quadam caloris concoquentis adeit, & excessu virtutem concoctricem debilitando, qua ratione chylus perfecte non concoquitur, nec sanguis ad absolutiorem perducitur: frequenter tamen à frigiditate visceru hujus ejusmodi morbus dependet, unde Savanorola tract. 6. pract. major. cap. 14. Rubrica 4. inquit: secundum plurimum mala complexio frigida causa est debilitatis hepatis, ubi tamen simul illam quoque frigiditatem includit, qua jecur per innati caloris resolutionem in frigidari à caliditate p. naturam excedente.

III. Cum igitur frequens sit causa frigida, Rationes merito querimus num in hepaticis frigidis amygdale & pistacia convenient? Negat Avicenna cap. prop. cujus assertionis rationes tales afferri possunt: Que facile corrumpuntur non convenient in hepaticis frigidis: at amygdale & pistacia sa. ille corrumpuntur. 2. Adde

quod insuper etiam oleaginosa sint: at verò frigida jecoris constitutio his maximè laeditur, propterea quod obstructions ejus, quæ ut plurimum conjunguntur, teste Rondel. c. p. 30. lib. 3. meth. med. ejusmodi qualitate augeantur, aut quod promptissimè in bilem convertantur.

Confirmatur, affirmativa:

IV. Contra quod affirmativa potius defendenda colligitur ex Savanorola cit. loco, qui amygdalas inter alia medicamenta convenientia prescribit. Confirmatur autem affirmativa pars sequentibus. 1. Quia amygdala, præsertim amara, vim habent extenuandi, & crassos viscidosq; jecoris humores expurgandi, juxta Galen. lib. 2. de aliment. facult. cap. 29. & 30. in quo de Pistaciis idem affirmatur, qua ratione commotus Fallopius tract. de morb. Gall. cap. 57. amygdalas & pistacia prescribit in victus ratione eorum, qui ligni decocto utuntur. 2. Quia secundum Diosc. lib. 1. de re med. cap. 139. amygdala urinam ciere possunt, ut & pistacia: at quæ urinam movent frigidis hepaticis optimè conveniunt, ubi iusto tempore prescribuntur, propterea quod non solum jecur roborent, sed obstructions ejus simul quoq; resolvant, de quo vide plura ap. Renou. ib. 1. de mater. med. sect. 6. cap. 25. 26.

V. Hinc Fochsius lib. 3. de med. morb. cap. 24. inter cætera medicamenta ad auferendas obstructions mire pistacia conferre dicit.



vir: si scilicet decem aut duodecim per noctem in Malvatico macerata in aurora jejuno stomacho sumantur.

VI. *Rationibus Altissimi satisfacit Salius in annot. cap. 82. Ad 1. Negatur, propterea quod amygdala & pistacia difficulter concoquantur: quae autem difficulter consiciuntur, illa quoque difficulter corrumpantur, quatenus omnis coctio alimentorum fit mediante corruptione, terminum à quo considerando. Ad 2. Ab humido oleagineo non admodum timenda est obstructio, quia oleagineum accedit ad caliditatem: nec nocent, quod citissime in bilem convertantur: quia nihil timendum in hepate refrigerato, quod alimenta & medicamenta calefacientia & abstergentia requirit, quorum usum amygdala & pistacia praestant, vi scilicet calefaciendi & abstergendi praedita.*

Responde-  
tur argu-  
mentis op-  
positis;

## QVÆSTIO II.

*Num in jecoris & lienis obstructione  
ferri & chalybis usus conve-  
niat?*

I. *Pro quaestione negativa sic argumentari licet. 1. Metalla intra corpus assumpta noxia sunt: at ferrum & chalybs sunt metalla. Pro-*  
*batur antecedens: quia metalla ex latentibus*  
*specuum subterraneorum meandris à solari lu-*

Argumen-  
ta negan-  
tia.

mine longius remota, & per consequens nocenti qualitate corporibus humanis molesta protrahuntur. 2. Quæ vim obtinent refrigerandi minime conveniunt in obstructionibus viscerum: at ferrum refrigerat. Probatur Major ex autorit. Philof. 4. Meteor. cap. 6. ubi inquit, quod ferrum sit de genere eorum, quæ concrefcunt à frigore per evaporationem totius caloris. 3. Medicamenta terrea & crassa non conveniunt in obstructionibus: at ferrum juxta Galen. 4. simp. cap. 18. est corpus terreum & crassum, utpote quod consistentiam suam à frigore obtinet, l. 9. Meth. c. 17. 4. Quicquid obtinet vim astringendi, illud in obstructionibus non præscribendum: at ferrum & chalybs vim astringendi possident. Ergo non conferunt in hoc casu. Minor satis patet ex aqua Chalybeata, quæ exhibemus dysentericis, & ex croco Martii, qui commodissime in astringendo præscribitur.

Rationes  
affirman-  
tes.

II. Contra quod affirmativa pars potius defendenda satù patet ex Classicorum Medicorum monumentis, qui ferrum & chalybem in hoc morbo plurimum commendant, ut sunt Metcat. lib. 2. de usu præsid. c. 7. & lib. 2. de morb. mulieb. cap. 18. Capivac. l. 3. præct. c. 26. & pleriq; Practicorum. 1. Quia ferrum & chalybs non pondere suo partes obstructas permeando (quæ ratione veteres, ut ex Aëtio patet, rusticis hominibus chalybem crassioribus particulis præparatum exhibebant) sed ab-

ster-

stergendi virtute plurimum pollent. 2. Repur-  
gandi quoque meatus obstructos facultas non le-  
vis ferro incit, ob maximam qua fruatur copiam  
Sulphuris & Mercurij, ut vult Mercat. lib. 2.  
de morb. mulier. cap. cit. Cum enim fer-  
rum sit rudius metallum, habet ob id plurimum  
de materia principiorum metallicorum, quorum  
ratione liquandi, fundendi, attenuandi quod  
viscidum & crassum est, maximam potentiam  
& efficaciam possidet. 3. Adde quod ferrum  
cum Cupro maximam habeat convenientiam,  
siquidem unum in aliud facillime transmuta-  
tur, alterumque naturam induit, ut exinde Poë-  
ta Veneris & Martis amores mystico quodam  
sensu confinxisse videantur, rationem fortassis  
ex mutuo consensu metallorum dictorum colligentes,  
ut habet Querc. in Tetrade cap. 20.  
Ut autem Cupri seu Veneris Ens primum vi-  
triolum est, cujus facultas in reserandis obstru-  
ctionibus efficax, ita verisimile est, tale quid  
Marti quoque seu ferro convenire.

III. Pro quaestioni ulteriori declaratione no-  
tandum, quod ferrum & chalybs, ut & alia me-  
talla, priusquam in corpus assumantur, justam  
& convenientem requirant preparationem, cum  
Metallorum usus, ut rectissime post alios Medicos  
expertos Quercetanus notat in Tetrad.  
cap. 32. titra noxam in Medicina non sit, nisi  
sominuantur, alterentur, & natura metallicâ

Quaestio-  
nis decla-  
ratio.

Opinio  
Mercati.

deposita in aliam essentiam transmulentur. EA  
autem preparatio diversa, pro diversitate finis,  
cujus gratia medicamentum querimus. Ita si  
ferrum vel chalybis ad fluxum alvi vel alterius  
partis sistendum requiratur, alia opus est praeparatione, quam tunc temporis ubi partes ob-  
structas ab infarctu liberare & repurgare co-  
namur, quod Mercatus citato loco sequen-  
tibus declarat, ubi dicit: Nam Chymistae ut  
aerem sistant ex toto nituntur vim sulphuris &  
argenti vivi auferre, extinguere & separare,  
& ob id grandi igne aut aqua valida conterunt,  
& in crocum Martis convertiunt, quo sane praesidio  
validissime fluxus qui vivit sistitur & partes  
valide roborantur. Hinc Quercetanus in  
pharmacop. crocum Martis astringentem, vel  
igne reverberij vel cum liquore sulphuris acidu-  
lo fieri docet, tunc temporis scilicet, ubi medi-  
camentum contra fluxus dysentericos, hepati-  
cos & similes exoptamus, ut ab omni sulphureo  
excremento & Mercurio bellicae purgetur, cujus  
ratione alias mordacis & venanosa est condi-  
tionis, ac non parum purgat, vomitumq; mo-  
vet. Quod si viscerum obstructions reseranda  
veniant, alia praeparandi ratio requiritur,  
nimirum ut partem chalybis abstergentem, ape-  
tientem & repurgantem queramus, quae con-  
sistit in principis ejusdem mineralibus, repur-  
gatis à partibus excrementitiis: est enim in fer-

ro (inquit Mercatus) duobus modis sulphur & Mercurius: uno, quatenus jam vera est ferri substantia, altero veluti futurum, ut sic loquar, alimentum, quod crudius, crassius & perniciosius est, unde merito separationē requirit. Fit a. haec separatio modis variis, inter quos communis ille quem Fallopius habet lib. de fossil. & metall. cap. 19. Mercato probatur lib. 2. de recto praesid. usu cap. 7. ubi meti lotione limatura proximam purificatur, ac deinde cum vino generoso per tempus certum infunditur cuius infusi matutino haustu partim evacuando, partim discutendo scirbi lienis & jecoris resolvuntur Praesertim tamen Mercat. citato loco huic praeparandi rationi suam, qua chalybis iusto modo praeparatus in vino coquitur, donec spumofum & pingue quid supernaret, ex qua summa chalybis syrupos & electuaria cum aliis convenientibus ad viscerum obstructions depellendas componit.

IV. Haec ut magis intelligamus notandum in ferro & chalybe respectu salu proprii, diversiq; preparandi modi diversas reperiri partes, quatenus quaedam sunt tenuiores, & à terra substantia separabiles, quaedam verò magis fixa & cum terrestri materia magis unita: illarum respectu referandi & attenuandi potentiam, harum ratione vim astringendi contrahendiq; possidet. Hanc ob causam rectè statuit

Opinio  
propria.

Quere, in dixer. polyhist. l. 3. c. ult. quod vi-  
num chalybeatum ad hepatis & lienis obstru-  
ctiones referendas cum alio appropriatis fiat ex  
limatura chalybis vetustissima & rubiginosa,  
iusto modo purificata, per infusionem octidua-  
nam, præsertim cum hac ratione nullo modo  
partes in terrestri substantia fixa (cum appro-  
priatum menstruum ad metalla solvenda non  
effundatur) sed tantum tenuiores & superficiei  
quodammodo per rubiginem in calcem redactæ  
separentur. Et in pharm. dogm. c. ult. cro-  
cum Martis attenuandi, aperiendi & deoppi-  
landi virtute præditum non per Calcinationem  
reverberij, sed laminis ferri candentibus in Ma-  
gdalones Sulphuris impressis, vel affusione con-  
venientium aquarum diuturna consiciendum  
esse docet, quem etiam additâ cautione in anti-  
dote Splenitica majori præscribit,

V. Matthioli lib. 5. diascor. ad cap.  
54. & Reusn. lib. de Scorbuto exerc. 7.  
pag. 790. Balsamum vel oleum quoddam Mar-  
tis cum calcinatione consiciunt, limatam scobem  
chalybis ad calcem igne reverberij redigentes,  
calcem factam cum aceto destillato ad rubedi-  
nem digerentes, aceto abstracto per aquam stil-  
laritiam acrimoniam eluentes, & coagulatum per  
retortam in oleum rubicundissimum destillan-  
tes, quo operandi modo medicamentum eximi-  
m ad jecoris & lienis obstructions consicitur,  
quati-

Balsamus  
Martis.

quatenus hac ratione nihil aliud quàm oleum salis Martis extrahitur, quòd aliàs materiae ligamenti obrutum operanda facultate delectatur. Nec obstat quòd hoc oleum Martis per calcinationem fiat, qua aliàs chalybis limatura preparatur ad fluxus alvi sistendos, propterea quòd post calcinationem nova salis in re calcinata residui subsistentis extractio spagyrica instituat, quòd in croco Martis, qui dysenteris vel diarrhæis confert, minimè tentandum est.

VI. Superest jam ut ad argumenta negantia quæstionis respondeamus. Ad. 1. Negamus majorem propositionem, propterea quòd simpliciter concedi nequeat, metallorum usum internum semper esse noxium, quia volens volens ipse Ecclius quoque Epist. ad Monavium 271. in opere Scholtzii tandem asserit, quòd metallicis medicamentis, ut ipse loquitur nocentibus, uti cogamur, cum aliter agrum sanitati restituere non possimus, minus malum cum majore permutando: sed quæ fronte noxium vocatur illud remedium, quo sanitati laborans restituitur: distinguendum igitur inter metalla cruda & justo modo preparata, quarum hac tantum singulari medica prudentia pro diversitate morborum diversimodè præscribuntur, ut patet ex Libav. lib. 1. confict. medall. in fine. Licet enim concedamus plerùmque metallorum noxium

Responso  
ad argu-  
menta cõ-  
traria.

quoddam venenum possidere, non tamen absurdum est, quin illud ipsum artis ingenio corrigatur, quod pulchrè monet Zvvinger. in exam. princip. Chym. cap. 5. quatenus præparatione medicamentum in sua principia resolvi potest, ubi necessario qualitas maligna toti composito conveniens in principis eadem ratione non invenitur, quia proprietates alia remedia insunt respectu mixtionis, alia merito principiorum constituentium: illæ cum prius non adessent principis, jam ex mutuo illorum congressu enata una cum formæ rei triumphant, incolunt vigent, eversa languent: hæ verò cum prius adessent principis ex mutuo eorum concursu minuuntur, & quamvis in mixto permanent, non tamen nisi retase sunt. Hinc rectè concludit Ruland. in progymnas. Alchym. quæst. 20. Metallica remedia non esse noxia, quatenus per Spagyricam præparationem nocentes qualitates deponunt, quod vel maximè probant thermæ metallicæ, quando legitimus usus non rarè desperationi affertibus succurrit, propterea quod in illis proprietates & virtutes salutare metallorum à prima minera metallicâ naturaliter separate vel per spirituosas exhalationes vel corporalem materiam admistam vigeant, ut habet Tabernæmontanus in Thesouro thermarum Germanico c. 1. Nec obstat quod ex latentibus terra specubus metalla producantur, quia  
 talis



*talis locus eorundem generationi naturaliter convenit, & principiorum metallicorum concursioni maxime idoneus est, ut habet citato loco Zvingerus: sicut enim metalla à virtute quadam metallifera & analogo calore, qui minera abscondite proprius est, ut inquit Libavius libro 1. conflictuum Metallicorum, cap. 12. quod non obscurum est in terra, minerali qualitate pregnante, qua cumulo per tempus aliquod collecta ad separationem mineralium habilior & aptior redditur, quam ubi dispersa soli exponitur, sicut in artificiali vitrioli preparatione patet, ubi terra vitriolata post separationem calcibanti, qua fit lixivio multiplici, vicissim cumulo coacervatur, & post tempus determinatum iterum atq; iterum vitriolum priora non raro purius exhibet.*

VII. Ad 2. Licet major propositio simpliciter vera non sit, praesertim cum plurima sint frigida, qua viscerum obstructionibus conveniunt, ut patet in radicibus Cichorei, Endiviae, seminibus frigidis majoribus & similibus, respondemus tamen potissimum ad minorem, cujus confirmatio sufficiens esse non videtur, propterea quod philosophus ferrum à frigore per evaporationem totius caloris concretere dicat, respiciendo causam solventem, non internam caliditatem, unde negat eo calore solvi posse, quo alias fuit solutum, quatenus idem agens consideramus, ut monet Liba. lib. 1. conflict. metall. cap. 17.

An ferrum  
calidum  
vel frigi-  
dum?

VIII. An autem ferrum frigidum sit vel calidum adhuc disputatur. Fallop. tractat. de metall. & fossil. cap. 21. assertit, ferrum habere partes diversas nimirum frigidas & calidas, sicut in aceto sunt partes aliquot calidae & plures frigidae. Contra canantur alij demonstrare ferrum esse calidæ naturæ, qui primum utuntur autoritatibus variis, nimirum Pauli lib. 1. de re med. cap. 52. ubi inter calefacientes aquas enumerat etiam ferreas, Halyab. in 5. Theor. cap. 14. qui aquam ferri siccare & lientem calefacere dicit, qua ratione Montagnana quoque & alij practitorum in peccante viscido phlegmate præscribunt aquam chalybeatam. Media sententia est quorundam, qui statunt ferrum in minera repertum calida constare natura, propter calidiora principia constituentia, quod verò arte conficitur & à reliquis mineralibus secernitur frigidum esse, quoniam terrea crassioraq; in eo abundantius permanent, subtiliori parte per vim ignis absumpta, quod placet Ronseohbel. de magnis lientib. pag. 82. Non misis aliorum placitis ferrum diversis qualitatibus vel operandi potentis præditum esse dicimus, prout diversimodè præparatur, ejusdemquè partes à se invicem separantur, id quod ex superioribus colligitur.

IX. Ad 3. concludit argumentum de ferro vel chalybe crudo, non præparato, cui meritò crassitiam

viem medicamentis minimè convenientem concedimus : at v. viscerum obstructionibus non nisi justo modo preparatum hoc metallum convenire diximus.

X. Ad 4. Consert etiam in astringendo ferrū, sed non respectu illarum partium, quibus alias aperit : ubi diligenter notandum primam aquā chalybeatam, in qua ferrum novum extinguitur abjiciendam esse, cum non levem solvendi & aperiendi vim obtineat, monante Mercato citatis locis, quod ex superioribus facilius cognoscitur.

### QVÆSTIO III.

*Num in inflammatione jecoris purgantia cum cibis miscenda?*

I. Cum corde excepto nullam viscus in corpore nostro sit calidius jecore, mirum non est illud ipsū inflammatione frequenter affici, quando scilicet sanguis in jecoris substantiam extra venas p. u. effunditur, inflammatur & putrescit.

Quamvis autem in hoc affectu secundum Aeginetam in principio nunquam purgantibus medicamentis utendum esse videatur, propterea quod ductis humoribus per partem affectam inflammatio deterior fiat : interdum tamen purgantia prescribenda esse censet Mercato lib. 4. de morb. intern. curat. cap. 2. Mercurial. lib. 3. pract. cap. 19. Altimar. cap. de

Inflam.

Inflam. hepat. & alii prætorum; eacati-  
tione, ut fiat hoc ipsum inflammatione consistens  
te in concava jecoris parte, phlegmone in resolu-  
tionem tendente, quocirca necessario requiritur  
ut humores primum exactè preparati & via  
quoq; expedita sint.

Affirmatur  
questio.

II. Querimus autem num talia purgantia me-  
dicamenta cum cibo commista convenient. Vi-  
detur hoc approbare Galen. l. 13. meth. c. 15.  
ubi inquit: procedente tempore (loquitur de je-  
coris inflammatione) ubi Phlegmone jam conco-  
quitur, etiam valentioribus uti licet, asaro &  
celtica narado & phu, quod vocant, & petroseli-  
no & Smyrnio & Ateo: sicut etiam per ventrem  
pernare, si coram afficitur, unico cibo admisso,  
& urtica & Mercuriali & silicula, præterea que  
modi è strem dejiciunt, magisq; in remissioni-  
bus hic ipsis audacius quàm antea utendum, tum  
verò que hic sunt valentiora, partim in ptisana  
incocta, partim in mollissimo pulverem reda-  
ctis: exhibendis verò & hac sunt vel ex ptisana,  
vel ex aqua. Ego namq; etiam silicula aliquid  
in ptisana aliquando inoni, & nigri veratri  
corticem.

Negantes  
rationes.

III. Hanc assertionem Galeni, licet à citatis  
autoribus approbetur, citante Mercuriali repre-  
hendit Constantinus Africanus Monach.  
in lib. meth. quos in compendium redegit, po-  
tissimum duabus rationibus, propterea quod si  
cibus

tibi misceantur medicamenta purgantia, ciborum sequatur corruptio, & proinde membra convenienti alimento destituantur, atque ipsa medicamenta prascripta sint calida, quae jecori inflammato maximè aduersentur.

IV. Pro questionis intellectu notandum proprie dicta cathartica cum cibo non esse commiscenda, propterea quod medicamenti vis à cibo obtundatur, ipseque cibus à medicamento & humoribus attractus, inquinetur & corrumpatur. Hanc ob causam communiter juxta prascriptum Avicenn. Pauli & aliorum medicamenta purgantia jejuno stomacho propinantur, cum addita cautione, ne comedant vel bibant donec operatio sit perfecta. Quamvis autem hac ob causas in cathartici exhibendu jejunum stomachum observemus: notandum tamen interdum non incommodè cum alimentis quoque purgantia potissimum lenitiva concedi posse, quatenus in prandio (quod moderatum ex jusculis & cibis levisioribus apparatus) rema medicata purgantia, vel etiam brodia cum incoctis evacuantibus aut similia in principio conceduntur, cum hac ratione medicamentum non solum jucundum reddatur, sed insuper quoque promptissimum in vaporibus à cibo exhalantibus nanciscatur vehiculum, quo citius ad intimas viscerum partes penetrat, & levi negotio sine torminibus peccantes humores expellit. Hinc etiam Aësius Tetrab,

Quæstio  
deciditur.

trab. 1. serm. 3. cap. 57. in cibo medicamentum optimum esse dicit is, qui naturaliter alvum habent astrictum, fortassis & is, qui ex diuturno morbo laborant.

Responde-  
tur ad in-  
stantias  
Monachi.

V. Quoad instantias Monachi Constantini respondet Mercurialis, melius fuisse ut bonus hic Monachus legeret libros Prophetarum, quia prima ratio concluderet aliquid, si semper & quotidie cum cibo medicamenta propinarentur: at verò non admodum obest, licet semel atque iterum assumpta alimenta non nutriant, quia & ipsa inedia evacuatio est. Secundo licet aliquantisper calida sint medicamenta à Galen. prescripta, corrigitur tamen eorundem caliditas in admixta prisana & similibus: imò & calida sæpius in calido morbo non respectu morbi, sed respectu causæ morbificæ prescribuntur.

#### QVÆSTIO IV.

*An vomica jecoris extrinsecus aperiri possit?*

1. Jecur exulcerari novum non est, sed frequenter accidit, maximo tamen cum vita periculo, quatenus pars princeps ejusmodi solutione continui lethaliter afficitur, ipsaq; materia peccans difficulter expurgari potest. Nam quamvis Bercinus l. 13. Med. c. 7. Gemma lib. 1. Colmoerit. cap. 6. Quercetanus de vul-

ner. Sclopetar. cap. 2. & alij quosdam à vulneribus jecoris supervixisse testentur, sunt tamen ejusmodi casus rarissimi, qui singulari natura robori Medicorumq; dexteritati tribuuntur.

II. Hanc ob causam in presenti questione pars **Negativus** negativa potius defendenda videtur, propterea **quæstio.** quod Ferneliø lib. 6. de part. morb. cap. 4. teste, cui etiam Forestus l. 19. observ. 10. subscribit; ulcus ex abscessu contractum, quoniam alimento continenter alluitur, perpetuò colluvie multa sordescat, neq; unquam sanescere possit, propterea quod jecoris substantia spermatica sit, & non magis quam aliarum partium reparari queat. Cum igitur ejusmodi affectus per se lethalis, meritò medicus ab externâ incisione vel ustione abstinet, ne occidisse videatur; quem affectus vehementia tollit.

III. Contra quod in suppuratione facta jecori, ubi possibile non est per urinam vel alia ratione pus evacuare, per peritum & cordatum **Affirmativus** Chirurgum apertio per ferrum candens instituenda sit Mercatus innuit lib. 4. de curat. **quæstio.** morb. inter. cap. 2. juxta Aretzum lib. 1. de sign. & caul. chiron cap. 13. ubi inquit: At si extra feratur abscessus, ipsum non secare uriq; malum est, quia si prætermittatur incisio, a pure jecur eroditur, nullaq; mortis dilatio est, si secare autem malis (scilicet sine ferro candente)

de ure) profluvij sanguinis periculum instat, statimq; hominem perdi contingeret. Idem Hippoc. etiam innuit lib. de affect. internis, quem Celsus quoq; sequitur lib. 4. de remed. e 3. qui vomicam jecoris ferro aperiendam esse statuit. Rhases aperta intus vomica extrinsecus etiam apertionem consulere videtur, quem secutus est Medicus ille Clariss. Venetus, cujus Capivac. l. 3. pract. cap. 23. meminit, qui Patavii cuidam deplorato jecoris ulcere laboranti, homini robusto alias & nauticis laboribus addicto, prater reliquorum Medicorum consilia, curavit abdominis partem in regione jecoris nevacula aperiiri, ut plurimè puri per vulnus efflueret, unde postmodum benè curato vulnere homo superstes mansit, ac triennio post saltavit & laboravit, nihil sentiens incommodi.

IV. Hic ergo, majorum habito consilio (ut verbis Mercati concludamus) satius erit anceps experiri auxilium, maxime viribus constantibus in corporibus aetate florentibus, quam in certa desperatione versari. Foramen se id tentaveris, exterius amplius facito, interim verò angustius, tandem factò & extractò modico pure obdura bis lineis panniculis, succo plantaginis & rosarum intinctis, ne fluxio sanguinis major accersat periculum. & postea aqua bordei, & saccharo cum succo rosar. & syrupo eorundem ulceri abluet & abstergere repurgareq; curabis. ac

dum

Admini-  
strationis  
chirurgicæ  
cautela.



dum pus exire jam destiterit, protinus ne calor per foramen expiret, alius ad cicatricem quam brevissimè reducere curabu. Hac ille.

### QVÆSTIO V.

*Num in Ictero flavo bilis purganda?*

I. Icterus flavus est symptoma qualitatis mutata, qua color cutis in facie totoq; corpore propter humoris biliosi excrementicij cum sanguinis permixtione flavus p. n. redditur. Icterus flavus quid.

II. An autem in hoc affectu cholagoga medicamenta præscribenda dubitamus? Affirmativa confirmari potest ex eo, quod adsit hoc loco bilis superabundans, que per Cholagoga evacuari debet: Hinc Iacchinus in lib. 9. Rhas. Cap. 51. præscribit purgationes ex Scammionio, Electuario de succo rosarum & similibus. Mercurialis quoq; lib. 3. de meth. medend. c. 33. ejusmodi proponit cathartica, que bilem educunt, ut hac ratione subducantur humores, qui fervent bilem ad cutim effusam, quo eadem eo citius postea ab ipsa natura discutiat. Affirmatur questio.

III. Contra negativa questionis concluditur ex Hipp. lib. de intern. aff. ubi dissuadet in Ictero medicamenta bilem ducentia, ne corpus magis conturbetur. Adde quod frequenter in Ictero non copia bilis, sed propter obstructionem venaum vesicæ felleæ succedens ejus effusio Negatur questio.

noceat: at illas obstructions non per Chelagogā tollimus.

Quæstio-  
nis decisio.

IV. Nota pro quæstionis declaratione juxta Merc. l. 4. de mor. intern. cur. c. 4. quod in lctero duobus modis purgandum sit, primò catharticiis iis, quæ crassos & obstruentes humores ducunt, abstergunt & repurgant, ut aperta obstructione, biliosus humor qui gignitur, ad sibi naturalia loca liberè permittet, quo solo auxilio, si exactè attenuantia & incidentia adhibueris, morbum curabis. Deinde ejusmodi medicamentis etiam opus est, quæ bilem, quàm naturalia vasa capere nequeunt, imminuunt & evacuant, idq; post obstructions apertionem, prius Hippocratis dictum innuit, posterius Jachinus & Mercurialis volunt.

Qualia  
purgantia  
conveniāt.

V. An autem fortibus medicamentis catharticiis hoc fieri debeat dubium est. Altimar. cap. proprio ex sententia Aetii affirmativam tenet, propterea, quod ob ventrii siccitatem purgationes debiliores nihil in lctericis præsent, & natura materiam ad circumferentiam corporis transferens non admodum has evacuationes adjuvet. Sed è diametro contra Altimarum concludit Mercatus, statuens in lctericis validas purgationes admodum noxias esse, propterea quod in obstructo corpore satius sit, paulatim à longinquo bilem allicere, & crassum humorem ab obstructo vase educere, quam subito evocato

excremento majorem & prestiorem efficere obstructionem, ut non raro incauti & imperiti accidit. Quapropter per vices aliquot leviores adhibere purgationes, quam violentia quadam morbum reddere deteriorem consultius erit.

QVÆSTIO VI.

An Icterus niger eandem cum Scorbuto curationem habeat?

I. Quamvis quidam Scorbutum & Icterum nigrum pro uno eodemq; morbo habuerint, merito tamen cum Ronleo lib. de mag. lienib. c. 3. & Albert. l. de Scorb. num. 165. & seq. differentiam agnoscimus, propterea quod propria nigri arcuati τελευτήσια sint color circa faciem niger, & maxime circa partes velut in umbra occultatas, oculi vitre pallidi, gustus sub-austerus & amarus, excreta nigra & variegata, frigus in toto corpore, sine febre & contagio, corpusq; totum διεταρο μιλύγχουρον, quasi fuligine felli admista infectum. Talia Scorbuto conjunctim non conveniunt, ut patet ex tractatu nostro de Scorbuto exerc. 1. licet alia quedam communia signa in ambobus morbis inveniantur, tarditas videlicet & lassitudo, difficilis exudatio & similia, quæ comoverunt quosdam, ut inter scorbutum & Icterum nigrum distinguerent.

Icterus &  
Scorbutus  
differunt.

An utriusque eadem curatio?

II. Horum assertionem ulterius confirmant illa, quibus ad speciem probari potest curationem Icteri nigri non esse differentem à curatione Scorbuti, ubi tale argumentum sese offert: Eadem indicationes constituunt eandem curationem, at in Ictero & Scorbuto sunt eadem indicationes. Minor probatur: quia in Scorbuto requiritur, ut lien à materia obstruente liberetur & confortetur, quod etiam necessarium est in Ictero nigro, quemadmodum ex libro Practicorum patet.

Quæstio-  
nis decla-  
ratio.

III. Hic notandum pro quæstionis intellectu, quod inter Scorbutum & Icterum nigrum sit quædam convenientia, quatenus uterque morbus sit vitio potissimum lieni, ob cuius imbecillitatem in utroque reliquum corpus afficitur: verum tamen cum modulatione, ut ex signis adductis patet, maximè diversus sit, idè sequitur πένωτων δ'επτινδων utriusque affectus, ipsum scilicet lienem diversimodè laborare. Diversitas hæc diversitatem curationis introducit, quatenus in Scorbuto non simpliciter ad copiam Melancholici sanguinis & lienis obstructions, ut in Icteria nigra respicimus, sed maximè solliciti esse cogimur de specifica quadam corruptione Scorbuti materie propria, qua peculiaris & appropriata sua remedia requirit, quemadmodum alibi fusiùs demonstra-

Vimus.

QVA

## QVÆSTIO VII.

*An hydrops calefacientibus curetur?*

I. *Negativa questionis pars ex eo confirmatur, quod hydrops juxta quosdam à caliditate generetur, at morbus per contrarias qualitates à corpore pellitur. Quod autem caliditas hydro-  
pici causa sit Cardanus lib. 2 progn. com. 1. & in aphor. pagin. 615. demonstrare conatur, quapropter eandem frigidis medicamentis curandam esse statuit, pro cujus assertione sequentes rationes adducuntur. 1. quia juxta Hippoc. in progn. hydrops sequitur ad morbos acutos. 2. quia secundum Arist. 3. probl. 5. hydrops à potu vini generosi producitur, at potus vini calefacit. 3. quia calor p. n. calorem jecoris dissolvere. & per consequens sanguifuzionem depravare potest: hinc Athenæus in com. 2. progn. hydropem à calore fieri dicit, quatenus eodem ex accidenti jecur refrigeratur. 4. quia calor p. n. intensus in humiditatem agens flatum producit, ex quo tympanites oritur, ut vult Avett. Collect. 1.*

Causam  
hydropis  
esse calidi-  
tatem.

II. *Contra questionis affirmativam ex eo concludere licet, quod unanimi serè Medicorum consensu generatio hydropis intemperiei lecoris frigide tribuatur, unde ratione contrarietatis morbus indicabit Calefacientia. Antecedens probatur seq. 1. quia nunquam fit hydrops juxta Gal. lib. 5. de loc. aff. nisi frigida quadam in-*

Causa hy-  
dropis esse  
frigiditatē.

temperie jecur afficiatur, sive hoc fiat primordia  
sive per consensum. 2. quia necessum est ut hy-  
drops fiat propter sanguificationem debilitatā;  
at verò quemadmodum à calore visceris perficitur  
à calido naturali visceris, ita sequitur diminuta  
tam sanguificationem à caloris defectu depende-  
re. 3. quia in hydrope loco sanguinis generatur  
aquosus humor, idcirco sequitur à jecore refri-  
gerato hoc fieri, quatenus genitum sequitur na-  
turam generantis.

Decimo  
questionis.

III. Pro conciliatione nota ex Horatio Au-  
genio Tom. 2. Epist. 1. 3. quod proxima can-  
sa, quæ sanguificationem impedit, sit frigida je-  
cinoris intemperies in omni hydrope, quamvis  
nihil impediat, quin antecedens causa possit esse  
calida, quod etiam Mercurialis innuit l. 3.  
de med. mor. c. 24. Frigida scilicet intem-  
peries, prout denotat caloris naturalis defectum,  
qui omnem qualitatum excessum præter naturā  
sequitur, eodem Augenio attestante. Hinc  
etiam lib. 3. Epist. tom. 2. inquit: quid impe-  
dimento esse potest, quin a siccitate ex acuto morbo  
statim fiat, quemadmodum ab Hippocr. Se-  
Gai. scriptum fuit: Si enim omnis immoderata  
intemperies alium impedit propria virtutis, cur  
non impiedetur ex intemperie calida sangui-  
ficatio? Patet igitur quod argumenta negantia  
priora concludant de causa antecedente non  
autem proxima: postremum verò negatur, quia  
status

status non intensi, sed potius debiliori caloric effectus est. His ergo posita consequens est, ut renouis causis antecedentibus eò dirigamus medicamentorum usum, quò defectus calori, quam frigiditatem vocant, in jecore corrigatur, quam ob causam appropriata calescientia prescribenda veniunt.

IV. Veruntamen cum curandi leges, ipsaque medicamenta tam à veteribus quam recentioribus Medicis prescripta non simpliciter tantum correctionem frigiditatis, sed resolutionem peculiaris materia in hoc affectu peccantù respiciant, quatenus per evacuantia, resolventia & discutientia jecori succurrere conamur, idcirco dubitatur, an vera sit sententia Spagyricorum, qua statuitur hydropis generationem ut plurimum fieri propter collectionem serosa & tartarea materia in jecore quodammodo coagulata, cujus ratione consequenter chylus loco boni sanguinis in ejusmodi similem salsum & aquosum humorem maxima ex parte convertatur & hoc ipsum an penitus improbabile sit, h̄ dijudicent qui sitim hydropicorum immensam non frigiditatis & humiditatis, sed salsedinis à tartarico superabundanti effectum in ejusmodi laborantibus frequenter observarum, qui urinas hydropicorum crassas & cum rubedine ferè nigricantes (quas reddunt ubi malum confirmatum est, ipsa q̄ materia jecur obstruens resolvitur) non su-

Singularis  
dubitatio.

superficialiter tantum aspexerunt, sed artificiali evaporatione paucissimi liquorum in mera substantiam salinam commutatas viderunt; qui vulneribus hydropicorum rebellibus, propter acrimoniam humorum abundantis (quam aqua sola non praestaret) frustra consolidantia remedia praescripserunt; qui tandem non simpliciter tantum calefaciendo, sed per ea quae tartarum coagulatum resolvunt, & per vias urinarias, sudores aliave ratione percellunt, ejusmodi laborantibus succurrere didicerunt, usu scilicet spiritus Terbinthinae, Arc. no Tartari, sale Cichorei, Restae bovis, Agrimoniae, cardui benedicti & similibus.

QVÆSTIO IIX.

Num in ascite w<sup>o</sup> exarētosis tentanda?

Hydropis

different. x.

l. Hydropis vel aqua inter cutem tres numerantur species, vel differentiae, nimirum Ascites, cum inter peritonaeum & intestina plurimus aquosus & serosus humor coacervatur, (quod œdema vel utri modo ventex impleatur) Tympanites, ubi flatu & impuri spiritus potissimum in dictis locis colligitur, & abdomen instar tympani extensum apparet, & Anasarca, quando per universum corporis habitum humor superfluous disseminatur, ut instar spongiae caro universa humida tumidaq; appareat. Omnes haec differentiae sunt affecto jecore (quemadmodum contra alios ex Card. mo patet lib. 2. contrad.

tract.



tract. 3. contrad. 21.) à quo peccans materia  
humorè produens aliis partibus communicatur.

11. Modus communicationis aquosæ ma-  
terie quo ad Anasarcam non admodum diffici-  
lis est, quando perpendimus una cum sangui-  
ne, qui totum in corpus distribuitur, simul quo-  
que materiam aquosam peccantem ad habi-  
tum corporis facillimè derivari posse. Sed qua  
ad Ascitem diverse sunt opiniones autorum, ubi  
secedimus à Fernel. l. 6. pathol. c. 2. statu-  
ente, quod aquosus humor in abdomine colliga-  
tur propterea quod rupta vel exesa sit jecoris  
quædam vena, per cuius fissuram derelictam  
serosus humor tanquam terree quid, continuè  
transcoleatur, quod ob scirrhum vel nimiam siccitàtem  
viscerum interdum quoque fieri posse sub-  
jicit, quam assertionem solidissime Augenius  
lib. 8. Epist. Tom. 2. & Mercurialis lib.  
3. de med. morb. c. 24. resutant, & potius  
juxta Galen. sententiam cum pleriq; asserimus  
aquosam materiam in abdomine colligi maxi-  
ma ex parte per transcolationem cacorum me-  
atum, quod facillimè fieri potest, propterea  
quod aquosa serosaq; materia copiosè superab-  
undans à membris & ulterioribus venis, velut  
ad nutritionem inepta non attrahatur, ut in-  
quit Jachinus in 9. Rhaf. cap. 52. unde re-  
manet copiosè circa primas venas, per quas di-  
versè roris instar in abdominis cavitatem de-  
fluit.

Quomodo  
materia a-  
quosa in  
hydropedi-  
tribuatat?

Hinc

Hinc patet cur sensim & paulatim ejusmodi flat collectio, quod non accidit ubi per disruptionem viscerum vel venarum incurabili ventris tumor hydropicus oritur.

III. Quæritur autem utrum in hac hydropis specie, nimirum in Ascite  $\omega\alpha\gamma\epsilon\tau\alpha\kappa\iota\tau\upsilon\omicron\iota\varsigma$  tentanda sit? Negabat hoc olim Erasistratus, his & similibus argumentis commotus, 1. quia per aqueæ materiae effusionem spiritus simul dissipantur, & per consequens facultates omnes debilitantur. 2. quia jecur deinceps ob subitam mutationem diaphragma cum pulmonibus deorsum trahit, unde  $\delta\iota\sigma\pi\upsilon\omicron\iota\varsigma$  & sicca iussu, quæ hydropicus periculosa. 3. quia peritonæi substantia citra periculum non inciditur, nec incisa facillimè consolidatur. 4. Adde quod hydrops, ut ex præcedenti questione patet, in mala jecoris dispositione consistat, unde frustra de seroso humore effundendo solliciti sumus, hepate neglecto.

Affirmatur  
questio.

IV. Contra  $\omega\alpha\gamma\alpha\kappa\iota\tau\upsilon\omicron\iota\varsigma$  interdum tentanda esse patet ex Hippoc. l. 6. aph. 27. 7. aph. 8. & alibi, Galeno lib. 14. meth. Med. cap. 13. Actio Tetrabib. 3. serm. 2. cap. 20. Paulo l. 3. de re med. c. 38. hanc ob causam à recentioribus multis approbatur, ut patet ex Patæo lib. 7. Chirurg. c. 12. Capiv. l. 3. pract. c. 19. Mercuriali l. 3. de med. mor. cap. 24. Foresto l. 13. Observ. 42. & aliis, sed certis suis conditionibus, cum sit remedium magnum, in quo

In quo non temerè; sed singulari prudentia procedendum est. Quod autem interdum abdomen aperiendum sit, inde colligitur, quod non raro tanta serosi humoru copia colligatur in abdomine, quæ nullius medicamenti virtute possit educi: at cum affectus non curetur, teste Cello lib. 3. de re med. c. 21. nisi copiosa materia peccans educatur, ideo parum prudenter, ut inquit Patæus cit. l. de perforatione abdominis ambigitur, cum eò necessitati ager redactus, ut eà sola ipsi succurri possit.

Ratio affirmationis.

5. Notandum tamen juxta Hipp. 6. Epid. sect. 7. tex. 8. ut cum cautione hoc fiat, quando scilicet brevi tempore tumor ad insignè magnitudinem pervenit, & priusquàm materia putrescat, febris succedit, viresq; graviter deiciuntur. Fiat autem evacuatio non unica vice, sed paulatim: qui enim secundum Aph. 17. lib. 6. Empyeci vel hydrofici uruntur aut secantur, si pus aut aqua & Deòs effluerit universim subito moriuntur, ob spiritus unà dissipatos.

Limitatio affirmationis.

VI. Hic quidam loco sectionis adhibent quoridianas sacrificaciones totius infimi vètrù, quæ ratione Medicum celeberrimum superioris Austriæ D. Johannem Micheliu quasdam desperatos hydroficos restituere memini.

VII. Iam ad rationes in contrarium adductas respondemus. Ad 1. Nihil timendum ubi paritè vicibus evacuatio materie peragitur, quod

expe-

experientia multorum hac ratione liberatorum  
testatur. Ad 2. Vitatur hoc incommodum, juxta  
Paracum, agro in lecto recumbente, præsertim  
tunc ejusmodi subita evacuationio non instituat.  
Ad 3. Negatur; quia absurdum non est mem-  
branas partes consolidari posse, præsertim ubi  
cum musculis arctissime coherent, quod in peri-  
toneo accidit. Ad 4. Licet mala jecoris disposi-  
tio primo sit respicienda, minime tamen tanta  
seri copia negligenda est, propterea quod medi-  
cinam humor intus inclusus juxta Celsum impos-  
diat. & procedente tempore interitum portendat.

### QVÆSTIO IX.

*An in lienis obstructiõibus diuretica  
medicamenta præscribenda?*

**Affirmatio  
questionis.**

1. Affirmativa videtur approbanda, cum con-  
sideramus illa medicamenta quæ juxta Avicem,  
& alios à practicis multis in lienis obstructio-  
ne præscribuntur: nec deest ratio quia lienis ob-  
structio fortioribus indiget remediis, juxta Gal.  
lib. 4. meth. Meth. c. 16. & lib. 2. de att.  
curat. capl. 5. quam obstructio jecoris: at ve-  
rò quatenus aperientia jecoris fortiora reddun-  
tur, eatenus diuretica fiunt.

**Negativa  
probatur.**

2. Verum pars negativa potius cum Galen.  
descenditur, qui citato loco lienem non per renes  
& vias urinarias, sed per alvum tantum ex-  
purgari posse statuit. Confirmatur hoc ulterius

à Savonarola tr. & pract. major. cap. 15. infine, quia materia que est in splene, non potest evacuari per urinam, nisi primum ad calvarium jecoris perveniat: at verò cum grossa materia citius deorsum descendat, & tanquam noxia à jecore non facile recipiatur, ipseq; lien cum Mesaraicus veni cohereat, verisimile est, eandem melius & leviori negotio per alvum secerari.

3. Notandum tamen, quod interdum exhibenda sint ea, que materiam per vias urinarias exturbant, quatenus natura quandoq; peccantes humores ed ablegare conatur, ubi non exhibentur, juxta Savanarolam, ut sunt diuretica, sed quatenus obstructiones lienis vehementer aperiunt. Capivaccius lib. 3. pract. cap. 25. diuretica concedit non respectu materiae conjunctæ, que lienis inhaeret sed propter materiam antecedentem, ut fluxus ulterior avertatur, & tumor minus augetur. Patet igitur qua limitatione medicamenta diuretica dupliciter in lienis obstructionibus concedi possint, quam ob causam interdum à practico non immerito prescribuntur.

4. Quod autem rationem adductam attinet, nimirum lienis obstructiones vehementibus aperiendis indigere, id fit ratione materiae, que magis cruda & rebellis est, non respectu modi evacuandi. Quapropter licet fortiter incidamus.

Responde-  
tur ad allic-  
mativam.

atq; aperiamur, non tamen statim per urinam materia ducitur, quia viae dantur proximiores: nisi forte singulare quid natura moliat, & mediantibus arteriis emulgentibus attenuatam materiam ex ipso liene recipiat, quod tamen raro accidit.

### QVÆSTIO X.

*An lienosis usus aceti conveniat?*

Negatio  
quæstio-  
nis.

I. Videtur quod non: cum enim juxta Gal. 4. Simp 12. ejusmodi vires acetum obtineat, ut judice Mercat lib 6. de febr. gignendo melancholico succo sit accommodatissimum, consequens est illud ipsum lienosis minimè convenire. Cui ratio ejusdem Mercati lib. 1. de morb. intern. curat. c. 17. succedit similitudo scilicet aceti & melancholica, cujus respectu intempestivus acidorum usus melancholiam generat.

II. Contra lienosis acetum convenire manifestè verbis asserit Galen. lib. 11. Method. ubi spleneticis medicamentis aliquid aceti cōmiscendum esse statuit, quod idem repetit lib. 9. de med. comp. κ. 7. c. 7. Hanc assertionem Galeni pleriq; practitorum sequuntur, usum aceti lienosis concedendo, non simpliciter, sed quatenus acetum desiccet, attenuat, & crassitiem ac viscositatem incidit, quas operationes ex veris suis principis decade 3. quæstione 1. deduci-

III. Pro quaestione intellectu utat Mercurialis l. 3. de morb. med. c. 22. quod melancholicus humor possit augeti à medicamentis vel alimentis dupliciter, vel secundum qualitatem solum, vel secundum substantiam: Primo modo acetum auget Melancholiam, eo quod faciat aciditatem, quæ est propria Melancholia, sed non secundo, quia hac ratione potius diminuit eandem, quatenus aciditate sua penetrat, obstructionsq; dissolvit. Hoc ut magis intelligatur distinguendum esse videtur inter Melancholicum sanguinem, qui secundum naturam generatur, & inter impuritates varias ex quibus obstructions & scirrhi lieni nascuntur: illum quoad qualitatem auget acetum; hanc verò dirimit & resolvit. Consequenter de renum & vesicæ morbis tractandum.



Σὺν Διῶ

DECAS OCTAVA.

De renum & vesicæ Dispositionibus præter naturam,

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO BILTZER, Silesio.

P

1750-

Renum &  
vesicæ offi-  
cium.

Post considerationem illorum affe-  
ctuum, qui Iecoris & Lienis operationes  
impediunt, non incommodè considerantur illæ  
dispositiones præter naturam, quæ Renibus &  
Vesicæ, viisq; urinariis accidunt, utpote, qua-  
rum partium functiones ad priora sanguifica-  
tionis organa singulari naturæ providentiæ or-  
dinæ & sunt, quatenus ad ulteriorem sanguinis  
depositionem, humiditatem serosam separan-  
do, servantur.

### QVÆSTIO I.

*An in calculo renum spiritus Terebin-  
thina conveniens?*

Materia  
calculi.

I. Quo rectius quæstionem præsentem de-  
terminemus, ante omnia requiritur, ut genera-  
tionem calculi, quæ sit in corpore nostro, penitus  
consideremus & perpendamus. Quemadmo-  
dum verò cuncta, quæ sunt naturaliter ex certâ  
determinatâq; materia producuntur, sic etiam  
calculi, qui frequenter in renibus & vesicâ uri-  
naria, non raro in aliis quoque partibus corporis  
juxta Medicorum observationes, inveniuntur,  
ex viscosa, lentâ, limosâq; materia concre-  
sunt, unde verè dicit Allatavins lib. præcti-  
cæ Med. tract. 20. cap. 10 cautelam à passione  
lapidis renalis in evitatione viscosorum ciborum  
consistere.

Etenim



II. Etenim ejusmodi materia non aliam agnoscit originem, quam alimenta quotidie assumpta, in quibus plus minus, pro cuiusq; cibi potiusve natura feculentum & limosum quid abundat, quod ubi iusto modo sacerni nequit, generationi calculi præbet originem. Hæc materia superabundans in scholâ Spagyricorum plurimum de natura salis participare dicitur, quoniam in forma liquoris hinc inde distribuitur, & iterum coagulatur, quod in tantum convenit, in quibus principium salis superabundat, teste Quercetano in consil. de Arthr. & Calc. & communiter Tartarum vocatur, ab analogia, quam humores & sanguis nostrer cum substantia vini habent, in qua materia ejusmodi plurimum abundat Tartari nomine insignitur,

Vnde oriatur materia calculi:

Qualis sit materia calculi secundum Hermeticos.

III. Licet autem in hac materia Calculi ferè consentiant auctores classici, plurimum tamen inter sese disident, quo ad causam generantem & efficientem; dum alij à frigore calculos concresecere statuunt alij contra calorem excedentem ponunt, alij neutram harum opinionem approbant. Quod frigus ad generationem calculi faciat, Aretæus & Ruffus innuere videntur, ubi asserunt in senib. fieri lapides renales eò, quod humores viscosi & crassi facile congelentur à frigore: nec Galenus admodum dissentire videtur dum l. 6. Epid. com. 1. text. 6. lapides

Causa efficiens calculi.

An sit frigiditas.

Negatur.

renū eo pacto concrefcere dicit, quo funt topbi i  
 At hi funt frigiditatis, quatione Hipp. lib. 2.  
 Epid. lect. 3. offium naturam frigidam ad ge-  
 nerationem topborū inſervire pronunciat Ve-  
 rum cum tantus frigoris exceſſus, qui ad calcu-  
 li congelationem faciat, in corpore vivente ſin-  
 gi nequeat, idcirco concludimus frigore gene-  
 rationem calculi fieri non poſſe, concedendo ta-  
 men quod calorū imbecillitas ad materie calcu-  
 loſe collectionem inſerviat, quod authoritatibus  
 dictū demonſtratur.

An ſit cali-  
ditas?

IV. Alij calori poſſimum hoc munus in  
 in efficiendo calculo tribuunt, ut patet in Paulo  
 Ægin. lib. 3. cap. 45. Tralliano lib. 9. cap.  
 4. juxta quos ignea renū caliditas calculos ge-  
 nerat, abſumens videlicet in glutinoſa conſisten-  
 tia humorum id quod tenue eſt & aqueum, ut  
 habet Jacchinus in com. in lib. 9. Rhaf.  
 cap. 64. & alij ſexcenti. Sed & horum opi-  
 nio difficultatibus ſuis non caret, propterea quod  
 vero minimè conſentaneum ſit, tantum in cor-  
 pore noſtro ſuperabundare calorem, qui calculos  
 veluti lateres coquat, & humidiores partes ab-  
 ſumendo ſolidos, quod ſupereſt, vertat in Lepi-  
 des. Adde quod renes & vie urinariae quoti-  
 diana ſcateant humiditate, quatenus excremen-  
 tis humidioribus & ſeroſis tranſitum præbent,  
 qua de cauſa minus ejuſmodi exiccatio timen-  
 da.

Qui

V. Qui neutram opinionem approbant, eò In materia  
 inclinant ut nec frigus nec calorem pro causa calculi vim  
 primaria agnoscant, sed ipsi materiae calculi coagulatio-  
 peculiarem vim coagulandi concedunt; ut quim nis esse.  
 corallium, juxta Cordzum in comm. 7. in  
 Hipp. lib. 1. de morb. mulieb. aëri expo-  
 situm lapidescit, non quod ambientu aëris qua-  
 litatibus attingatur, sed propter absconditam  
 causam, quæ à circumstante aëre affecta indu-  
 rationem producit; ita verisimile est, in ipsa  
 calculi materia vim coagulandi residere, quæ  
 datæ necessarijs requisitis ad illius generatio-  
 nem primario faciat.

VI. Hæc vi concretioni à Spagyricis sali  
 tribuitur, unde calculum fieri dicunt, quatenus  
 materia salsa tartarea suapte natura vergit ad  
 coagulationem, quæ ratione Dn. Platerus quoq;  
 calculos generari statuit, propterea quod acru  
 & salis succus terrestritati in sero & urina  
 permisceatur, à quo postea calculus compri-  
 gitur & concreseat. Si enim juxta Matthiolum  
 in Præfat. in 5. Dioscor. succus quidam lapi-  
 desiens, qui corpus aliquod penetrans in lapide-  
 am naturam convertit extra corpus humanum  
 datur, cur non illud ipsum etiam concedendum  
 in nobis. Sane in thermis, fontibus acidulis,  
 salis, &c. topbos ac lapides minere cujuslibet  
 respondentes circa margines accrescere vide-

Opiniõspa-  
 gyricorum  
 de genera-  
 tione Lapi-  
 dis.

mus, quod caliditati vel frigiditati tribui ne-  
quit, sed proprietati materia mineralium a-  
quarum. Imò in vino quoque circa doliarum la-  
tera faculenta & salsa materia concrevit in la-  
pideam substantiam quam tartarum appellant,  
non caliditate vel frigiditate, sed vi coagulandi,  
quæ materia Tartarea inest. Nec opus est  
ut longius abeamus: in ipsis urinis è corpore hu-  
mano emissis illud ipsum patet, quæ licet purissi-  
ma videantur emissæ, procedente tamen tempo-  
re coagulantur in matulis, & sabulosam matie-  
riam, tartaro vel calculo non dissimilem depo-  
nunt.

Veracal-  
culi genera-  
tio.

VII. Ex quibus omnibus patet, eò magis  
hanc opinionem præ reliquis retinendam, quæ  
magis cum ratione & experientia consentit:  
Etenim ex dictis pulcherrime patet, calculos in  
nobis generari, quatenus faculenta, limosaq;  
materia terrea salso succo permixta loca angu-  
stiora & sicciora pervadit, usq; adhaerescit, &  
se se adglutinat, id quod frequenter in renibus  
& vesica fit, utpote per quæ loca faculenta li-  
mosaq; illa materia tartarea cum urina aliâs  
quoque à sanguine ablegatur.

Causa ad-  
juvantes  
calculi ge-  
neratio-  
nem.

VIII. Ergo quo magis alimenta tali  
materia abundant, & quo minus eadem ob  
imbecillitatem concoctricis facultatis separa-  
tur, eo citius calculus potissimum in renibus

& ve-

Et vesica generabitur, maximè in iis qui hereditaria quadam dispositione partes illas imbecilliores, & ad expellendum segniores obtinent. Et quamvis Galenus passim generationem calculi calori adscribat, non tamen obscure lib. 6. Epidem. com. 3. text. 15. innuit, in pueris calculos vesicae generari, non propter calorem præcipuè, sed qualitate materiae, quae ipsa sibi compactionis causa est, quatenus crassities urinae in unum coeque coagmentandi concrescendiq; principium statuitur. at quomodo concreseret haec materia, nisi vim coagulandi respectu salis obtineret?

IX. Huius quo ad calculi generationem praemissae quaeritur:

*An spiritus Terebinthinae conveniat in calculo renum?*

Affirmatio  
Quaestio.  
nis.

Affirmamus propterea quod sit medicamentum resolvens, alteq; penetrans, & insignem virtutem obtineat in visceribus purificandis, tartaroq; collecto resolvendo, & per vias urinarias expellendo. Quemadmodum autem alia medicamenta diuretica non exhibentur prius quam prima via per lenientia sint exinanita, sic etiam hoc loco requiritur, ut antequam ad continuū & quotidianū usum spiritus Terebinthinae, qui nihil aliud est, quàm oleū ejus purissimum

Cautela.

Instantia  
solvitur.

num, perveniamus, levisque purgantis prae-  
tantur, quamvis in usu ipsius Terebinthina in  
substantia non semper hoc requiratur, utpo-  
te quae & ipsa vim alvum subducendi possi-  
det, praesertim ubi cum Rhabarbaro pulverisato  
miscetur juxta descriptionem Cætonis in o-  
pere Consil. à Scholzio editorum, con-  
sil. 152. Nec obstat, quod Spiritus vel oleum  
Terebinthina levissimo calore praesertim per  
balneum vaporosum destillatum, teste Quæ-  
cetano lib. de med. spag. præpar. par. 3.  
cap. 3. Sit calidum, frigidumque propterea nervo-  
rum & articularum affectibus moderate, quia  
caliditas Terebinthina temperata membrum co-  
ctioni dicatu amica est, quam ob causam eo  
quoque respectu calculosis convenit, quatenus con-  
coctiones adjuvat, ut materia peccans eo meli-  
us à sanguine separetur: quod maxime patet ex  
historia Monachi nephritide & articulari mor-  
bo laborantis, qui post multa remedia frustra tē-  
tata, tandem assiduo Terebinthina usu, quam sin-  
gulis diebus per menses aliquot nucis magnitu-  
dine jejunus cum sac. haro deglutiebat, teste A-  
mato Lusitano centur. 1. curar. 63, à di-  
ctis affectibus liberatus est, & convaleuit.

#### QVÆSTIO II.

*Quanam Vena in inflammatione renum  
secunda?*

I. Inter alia presidia, quibus inflammatio-  
 ni venarum succurrunt, frequens est venesectio,  
 de qua dubitatur, quomodo sit instituenda &  
 quanam vena sit aperienda? Primum quod cir-  
 ca popliteam vel malleolam vena sit per-  
 tundenda Galeenus innuere videtur lib. 13.  
 Methodi Med. cap. 11. & 6. Aph. 36. in  
 com. asserens, quod in affectis membris su-  
 pra jecur cubiti, inferioribus autem partibus in-  
 flammatis poplitæ aut malleoli vena sint secan-  
 dæ Nec ratio deesse videtur, propterea quod in  
 inflammationibus ab illis locis sanguis mitten-  
 dus esse videatur, à quibus materia peccans pro-  
 ximè potest evacuari

Venam pop-  
 litiæ vel  
 malleoli a-  
 periendam  
 esse.

II. Contra quod in rerum inflammatione  
 potius à vena cubiti sanguis mittendus esse vi-  
 deatur Arctæus, Ruffus, Aetius, & omnes  
 fere Arabes innuunt, propterea quod in his, qui  
 remem inflammatione laborant, sanguinis  
 multitudo congregata videatur, cui talis vena-  
 sectio commoda videtur.

Contra ve-  
 nam cubiti  
 secandam  
 esse.

III. Hæc opiniones discrepantes autor li-  
 bri de ren. aff. dign. & Med. cap. 4. con-  
 ciliare conatur, ubi dicit; tunc temporis in re-  
 num affectibus malleoli vel poplitæ venam ape-  
 riendam esse, cum valida est virtus, sin imbecil-  
 li, venam in cubito potius secandam statuit:  
 nam si virtute debili infra evacuabimus reten-  
 trix facultas, quæ est imbecilli non retinebit,  
 sed universa materia in præceptis rapietur, &

Conciliatio  
 autoris lib.  
 de ren. aff.  
 dign. &  
 med.

partem assiduo defluxu impeter, succis videlicet in locum imbecillum perpetuò procumbentibus. Verùm cum semper, secundum Galenum viri-um robur ad venesectionem requiratur, non videt Alimatus, cur vena cubiti sit incidenda tunc temporis, ubi vires imbecilliores ipsam sanguinis evacuationem dissuadent.

**Conciliatio  
vera juxta  
Galenum.**

IV. Potius igitur conciliationem ex Galeno deducere conabimur cum Alimato de lap. ren. Mercuriali lib. 3. de med. morb. c. p. 29. & aliis, qui retinent Galeni decretum in lib. de sang. missi per venas. quo in loco scribit, in omnibus inflammationibus infra renes, mittendum esse sanguinem à partibus inferioribus in inflammationibus supra renes, à partibus superioribus; in renibus vero inflammati utroq; modo agi posse, quasi renes ipsi medii sint inter partes superiores & inferiores, adeo ut sententia sit Galeni in renibus inflammati debere interdum mitti sanguinem à partibus superioribus, interdum ab inferioribus.

**Determi-  
natio veri-  
tatis**

V. Mittitur autem sanguis è vena bra- chii ubi recens est inflammatio cum humorum fluxione totiusq; plenitudine, ut innuit For- stas lib. 24. obs. 30. quod non fit, ubi facta est inflammatio, nec ulterior fluxio humorum corporisq; plenitudo copulata est, quia tunc re- quiritur ut materia evacuetur & deriuetur per loca proximiora, quod fit pertusis venis inferio-  
rum

rum



rum partium, quemadmodum ex adductis quoque Galeni loci thesi prima confirmatur. Quod autem reliquorum Principum affectionem attinet, nimirum venam brachiorum potius incidendam esse, illa vera est de inflammatione incipiente cum plethora totius & fluxione materia, quo tempore propter evacuationem à toto sanguis detrahatur.

### QVÆSTIO III.

*An lactis usus in exulceratione renum prescribendus?*

I. Exulceratio renibus variis ob causas accidit, quas Mercatus lib. 4. de morb. curat. cap. 7. tribus classibus comprehendit, ita ut omnis renum exulceratio vel fiat ex abscessu rupto, vel ex humorum acrim, erodentium & salforum affluxu; vel tandem à re solvente continuo, vi & impetu quodam, sive casus sit, sive percussio aut vulnus. Vicumq; tamen fiant ulcera renum, curatiorem sibi communem vendicant, ut ulterius materiae peccanti affluxus per convenientem viam rationem & pharmaciam inhibeatur, & ea quæ faciunt ad ulceris absterisionem, purificationem & consolidationem administrentur.

II. Queritur autem num hoc loco lactis usus conveniat? Affirmativa placet Medicis, sed certa limitatione subjuncta;

Cause exulcerationis renum.

Ulcera renum curatio generalis.

Affirmatur Quæstio.

nam quoad initia factæ exulcerationis, quater-  
nus majori abstersione opus est, veteres lac asinae  
vel equæ cum melle præscripserunt, cujus loco  
hodiè cum saccharo caprillum exhibetur, utpote  
quod nitrosa sua substantia magnam etiam abs-  
tergendi potentiam obtinet. Quod si ulcus de-  
tersum videtur, potius lac bubulum cum melle  
vel saccharo singulis diebus exhibendum. Est  
enim hoc præsidium, (inquit Mercatus) ut  
alimentum & ut medicamentum efficacie-  
cissimum, quippe serosa parte abstergit,  
caseosa consolidat, butyrosa vero & pin-  
gui dolores ac morsus lenit, viresque re-  
ficit.

III. Nec obstat quod lac difficulter ad renes  
transeat, imprimisq; visceribus noceat: primum  
enim facillimè corrigitur, ubi miscentur cum  
lacte succus melonum & alia quæ perducunt ad  
renes; alterum non timendum, cum lac post me-  
dicamenta universalia præbeat, eo modo, quo  
illud ipsum determinavimus. Hinc Mercu-  
rials: ubi viscera sordida satù sunt convenit il-  
lud lac, quod magis abstergere potest, ut asini-  
num, equinum, camelinum; ubi autem non ita  
sordida sunt ulcera, convenit lac quod minus  
abstergit, magisq; carnem generat, ut est capri-  
num; ubi tandem ulcera prorsus sunt emunda-  
ta, convenit id lactis genus, quod optimè nutrit,  
ut lac ovium & vaccinum.

Instantia  
solvitur.

Diversitas  
Lactis divet-  
tis intenci-  
onibus im-  
servit.

QVÆSTIO IV.

*An succini sal & Oleum præscribendum  
in renum viscidis obstructio-  
nibus?*

I. *Ambrâ citrina vulgò dicta Græcè Ele-  
ctrum, Persis & Mauritanis Carabe, Latinis  
succinum, Germanis Agstein / Verustein oder  
Scentat dicitur, de cuius origine & natura  
varie fuerunt opiniones apud veteres, quemad-  
modum videri licet in Plinio lib. 37. natural.  
hitor. & Libavio part. i. singular. tract.  
de succino, cap. 1. ut & parte 3. singul. lib.  
3. Nobis sufficit, ut in præsentia determinemus,  
succinum nihil aliud esse quam succum bitumi-  
nosam concretū in certis terræ locis instar aliorū  
bituminū, quod pluribus loco posteriori cōfirma-  
tur à Libavio. Vires hujus multiplices & admi-  
randæ sunt in pluribus humani corporis imbe-  
cillitatibus, præsertim ubi hæc præcedit  
præparatio, quâ materia terrestri & impuri-  
ori & nobiliori segregatur.*

Succinum  
quid.

II. *Fit hoc potissimum ubi succini albi (quod  
reliquis præfertur) fragmenta selecta crasso mo-  
do contunduntur, cucurbita non nimis alta re-  
cipiuntur, aquâ rosacæ vel Betonice q. s. assu-  
sa, & apposito capitello juncturis obturatis per  
arenam, servato ignis gradu, nec tamen admo-  
dum incrementæ, destillantur: hic primum*

Succini  
præparatio  
purgativa.

aqua

aqua & oleum album cum spiritibus nubium instar egreditur, quibus desinentibus, deinde sequitur oleum flavum, ac tandem rubeconigrum, cum sale per sublimationem ascendente, de quibus plenius agit Cuntadus in Medull. de Still. tract. 9. de suc. & Crullius in Basil. chym. pag. 190. ubi maxime rectificatio purioris olei, & salis purificatio notanda venit.

Affirmatur  
Quaestio.

III. Quaeritur autem: num oleum hoc ut & sal succini conveniat in renum obstructionibus? Afferit hoc praeter alios multos de oleo Libavius part. 3. singul. hb. 5. cap. 28. dum inquit: renum lapides confringit oleum succini vel pulvis cum aqua raphani & malvatico: nec deest ratio, quia meatus urinales aperit, & materiam peccantem resolvit, caloremque concoctionis autorem adjuvat. At verò magis adhuc salem ejus commendat Crullius, quem rembratam urinam promovere, meatusque urinalium obstructiones mirabiliter expedire pronunciat, à granis tribus ad decem in aqua Petroselini seu Ononidis usurpatum. Et merito, quia teste Libavio citato loco cap. 22. Sal iste subtilis est essentia, nitrosamque qualitatem cum Calibantina aciditate temperata possidet, unde vi absorseria & acri pollet, ut idem part. 1. singul. tract. de suc. cap. 7. habet, & nihil aliud, quam olei pars subtilior, primum modo concreta esse videtur.

Sed

IV. Sed obstat in presentia, quod ejusmodi penetrantia & attenuantia renum obstructi-  
 nibus videantur incommoda, cum peccantes  
 materias ad vias urinarias commoveant, quod  
 minimè conducit, ut potè cum per partes lasas  
 eductio fieri non debeat. Adde quod curatio  
 contrarietate perficiatur, quocirca vomitus po-  
 tius quam diureticorum usus prescribendus.  
 Hic notandum juxta Conciliatorem diff.  
 205. Savanorolam tr. 6. pract. Major. c.  
 15. quod ejusmodi medicamenta diuretica non  
 conveniant in obstructiombus renum, nisi pro-  
 pter plethoram vel cacochymiam universalis  
 sufficientia pramittantur, quemadmodum ple-  
 nius determinat Mercatus de carac. facult.  
 quæst. 27. unde patet quid ad instantiam pri-  
 mam respondendum, nimirum purificatis inter-  
 mediis viis, ulteriorem renum obturationem  
 minimè timendum esse. Secundam quod at-  
 tinet, illa nihil concludit, cum contrarietas cu-  
 rationis non semper motum materia peccantis  
 ad opposita loca requirat: eo enim ducenda ma-  
 teria quo maximè suapte sponte vergit, juxta  
 Hippocratem lib. 1. Aph. 21.

Instantia.

Solvitur.

#### QVÆSTIO V.

An proprie dicta diuretica ad calculum  
 vesicae frangendum adhibenda?

Vt

An calculus vesicæ semper è renibus rudimentum habeat?

I. *Ut in renibus sic etiam in vesicâ sæpius calculus generatur, non quidem, ut voluit Ferrius lib. 6. pathol. cap. 13. semper ea ratione, quatenus rudimentum aliquod lapidis è renibus in vesicam per ureteres derivatur, quæ assertio non immerito ab Horatio Aug. lib. 6. tom. 2. Epistolæ. Rondeletio l. 5. Meth. curand. cap. 44. & Mercuriali lib. 3. præct. ca. 33. refutatur, præsertim cum pueri sæpius vesicâ calculus adsit, in quibus tamen præcedens renium calculus non observatur.*

Negatur quæstio.

H. *An autem in hoc calculo frangendo diuretica propriè sic dicta præscribenda dubium est? Horat. Aug. tom. 1. Epist. 4. lib. 12. negativam proponit, propterea quod propriè dicta diuretica sint maxime calida & sicca; magisq; materiam indurent, quam resolvant, utpote quibus sanguis teste Galeno non tantum extenuetur, sed & fundatur, secernatur & per consequens incrassetur, non secus atque lac quod coagulatur seroso videlicet & tenui seorsum segregato, crasso vero in sese coeunte.*

Quando diuretica conveniunt.

III. *Patet igitur talia non convenire, nisi calculo jam rupto, & in partes minimas redacto, quo tempore necessarium est, ut naturam adjuvemus, ut à viis & receptaculis urinariis per diuretica medicamenta peccans materia purgetur.*

*Nota tamen, quod interdum in*

*fran-*

frangendo calculo praescribantur etiam diuresica, quatenus alia medicamenta mollientia & laxantia ad vias urinarias ducunt, & illud quod fractum & liberatum est, expurgant.

### QUESTIO VI.

*Utrum urinae stillicidium per aromatica assumpta corrigendum?*

I. Stillicidium urinae, quod Graeci *στυγίτις* dicitur, variis de causis fieri potest, quae à Galeno l. 5. Aph. 58. & l. 3. Aph. 16. ad duas classes reducuntur, nimirum ad retentricam imbecillitatem & vesicae morsum, seu urinae acrimoniam, quod posterius frequenter accidit, quocirca quaeritur, num etiam aromatica in tali casu convenient? Videtur probabilis negativa, propterea quod ignis igni non sit addendus: quatenus igitur alias adest peccantium humorum fervor & acrimonia, cujus ratione morbus à pluribus ardor urinae vocatur, eatenus verisimile videtur, alia potius convenire remedia, quam ob causam hac affectio saepius per decocta emollientia & refrigerantia corrigitur, ut patet ex Foresto lib. 25. obs. v. 1.

Causa  
stranguriae

Negativa  
quaestio-  
nis.

II. Veruntamen licet negandum non sit stranguriam ab acrimonia fieri frequenter fieri, non tamen ex eo sequitur, causam antecedentem, ad quam curatio dirigitur, semper esse calidita-

Resolutio  
quaestio-  
nis.

Q. tem,

tē, quia fieri potest, imō frequentissimē sit, ut crassities humorum frigidorum ad acrimoniam colligendam ac retinendam inserviat, ita ut acrior urina generet stranguriam, non quatenus talis, sed pro ut exitus ejus, quam ejus acrimonia accelerat, ob admixtas partes crassiores impeditur. Ut enim acres & biliosi humores dysenteriam non generant, ubi fluxum alvi concitant, nisi visciditas quadam accedat, cujus respectu parietibus intestinorum adherent, eaq; exulcerant, sic etiam serum sua natura peculiarem acrimoniam possidens non generat urinae stillitidinum, nisi peccantes humores crassiores accedant.

**Recens cerevisia quomodo generet straguriam.**

III. Hinc patet quomodo recens cerevisia stillitidinum urina generet, crassitie videlicet & frigiditate sua meatus urinarios obstruendo, & consequenter siccum minimē depuratarum acrimonia serum exacerbando, ubi vinum generosum ebibitum oppidō jurat, utpote quod calefacit, attenuat, cruditates concoquit, adeoque causam antecedentem corrigit.

**Aromaticorum usus in straguria quomodo tempore utendam.**

IV. Hac ratione sapienter non inconueniens est aromaticorum usus, quando sciuntur urinae stillitidinum ab ejusmodi causa antecedente frigida & obstruente dependet, non obstante, quod materia peccans proxima sit acris & forsitan calida: frequenter enim accidit, ut in calido morbo calidam quoque prescribatur remedium, non morbi respectu juxta curativas indicationes, sed propter



propter causas antecedentes peccantes, ut superior Decad. 5. quæst. 2. innuimus.

QVÆSTIO VII.

An guttur galli crematum & pulverisatum proprietate quadam occulta sanet immiçtionem?

I. Vitium quod Græci *ἰνδύουσι* dicitur, Latinis vocatur Immiçtio, quando quadam urinae incontinentia adest, præsertim tempore somni, quæ sit propterea quod musculus vesicæ cludens præter naturam affectus sit. Afficitur autem dictus musculus vel externis vel internis causis: externis, quando frigiditas quædam sedentibus super marmora, seu natantibus introducitur, aut percussione, casu, vel solutione continui (quæ prægnantibus in difficili partu, & calculo laborantibus à Lithotomis frequenter accidit) dictus musculus leditur, ut vel influentem facultatem à nervo recipere nequeat, vel eadem etiam influere non possit: Internis, quando frigida intemperies interna cum succo frigido humidique, super abundantibus in causa est, ut musculus vesicæ resolvatur, emolliatur & laxetur, quod frequenter pueris, natura scilicet humidioribus accidit, ut & puellis atque virginibus, in quibus affectus est contumacior ob superabundantes pituitosas humiditates; imò & senibus quo ad calorem naturam

Immiçtio  
quid.

Quomodo  
ledatur  
musculus  
in immiç-  
tione.

*debilitatis, interdum accidit, excrementitiosos humores facillime colligentibus.*

Cur somni-  
antibus ci-  
tius acci-  
dat immi-  
tio?

Questionis  
Affirmati-  
va.

II. De hac immittione, quæ ab ejusmodi cau-  
sa interna frequenter in somno accidit, utpotè  
quo tempore spiritibus alio revocatis facultas re-  
tentrix ob musculi molliorem officii sui facillimè  
obliviscitur, in præsentia quaeritur, An scilicet  
in ea guttur galli crematum & pulveri-  
satum proprietate quadam occulta con-  
veniat? Affirmativa placet Solenandro l. 4.  
consil. Med. II. qui non negat universalia  
medicamenta maximè requiri, quæ faciant  
ad crassorum humorum attenuationem, lento-  
rum incisionem, collectaq; materia dissipatio-  
nem & evacuationem, subjicit tamen his verbis:  
verùm proponam medicamentum para-  
tu facile, quod ego in artis operibus feli-  
cissimum virum cum juramento prospe-  
rè in hoc affectu Romæ usum observavi,  
D. Gilbertum Hollandum Medicum: is  
accipiebat guttur galli, prebat, ut non  
consumptum sed tostum, exiccatumquè  
teri posset, exhibebat pulvisculum sub  
noctem ante cœnam cum tantillo vini  
rubelli substringentis: si illo uti haud  
posset, exhibebat in haustu dilutissimæ  
poscæ, idquè reiterato paucis diebus fa-  
ciebat. Illud nulla manifesta causa, sed  
proprietate quadam sanat affectum. *Hæc*

est assertio Solenandri, cum qua convenit etiam quodammodo Forestus lib. 25. obser. 21. ubi inquit: consulimus septuagenario cuidam urinam continere non potenti, ut gallinæ guttur combustum cum aqua tepida sumeret jejunos; hoc enim à proprietate valet.

III. Quamvis autem hoc medicamentum post universalis præmissa magnificandum esse videatur, ob tantorum Medicorum experientiam, non tamen video, cur statuendum non manifesta qualitate sed peculiari proprietate illud ipsum juvare, præsertim cum vi sua calefaciendi & exiccandi frigidis & emollitis partibus succurrat & introductam laxationem musculi corrigat. Accedit quod medicamenta singulari proprietate totius substantiæ agentis non manifestis sed occultis morbis, illius proprietatis respectu succurrant: at morbis hic, ut ex superioribus patet, occultus non est.

IV. Nec obstat quod affectus plurimos jam per medicamenta manifestarum qualitarum, jam per illa quæ agunt totius substantiæ proprietate curare conemur: hoc enim duplici ratione fieri potest, quatenus scilicet morbi totius substantiæ simul etiam includunt dispositiones p.n. qualitatem manifestarum, quibus per sua contraria succurrendum, unde præter alexipharmaca tempore pestis ea quoque præscribuntur, quæ sympto-

Quæstio-  
nis decisio.

Instantia  
solvitur.

Quaedam  
medica-  
menta ma-  
nifestas &  
occultas  
qualitates  
possident.

ma. a supervenientia manifestis qualitatibus le-  
niant, vel etiam quatenus medicamenta diver-  
sas possident qualitates, manifestas & occultas,  
uti patet in ligno Guajaco, quod convenit lue  
Gallicâ laborantibus occulta proprietate, qua  
venenum illud oppugnat; at frigidit humiditq;  
naturæ præscribitur, quatenus respectu mani-  
festarum qualitarum vim exsiccandi calescien-  
diq; possidet.

### QVÆSTIO VIII.

*An & quomodo oleum scorpionum in-  
unctum conveniat in Ischu-  
ria?*

Ischuria  
quid.

Negativa  
quæstio-  
nis.

I. Ischuria propriè loquendo talis est urinae  
suppressio, qua propter vesicam affectam accidit,  
ubi quaeritur an oleum scorpionum in e-  
jusmodi casu conveniat? Videtur negati-  
va concludenda, propterea quod oleum Scorpio-  
num sit medicamentum alexipharmacum in spe-  
cie veneno Scorpij resistens: unde Paræus libr.  
20. Chirurg. cap. 22. commune sed cer-  
tum alexiterium contra venenatum Scor-  
pionis morsum & plagam inungere ipso  
Scorpionum oleo. Cum autem in hoc affe-  
ctu tale venenum absit, consequens erit, illud  
ipsum frustra præscribi, propterea quod quod-  
libet agens in determinatum suum patiens ope-  
retur.

II. Invenit etiam prius post alios multos Matthiolus lib. 2. Dioscorid. com. ad cap. II. dum inquit: Vt exploratum habeo, quod oleum scorpionum per me factum, in quod sane magnus ingreditur scorpionum numerus, cordi duntaxat & pulsantibus temporum, manuum ac pedum arteriis illitum, ab omnibus liberat venenis, dummodo erodenti facultate vacant: quin & eos sanat, qui tam à viperis quam cæteris venenosis animalibus vel icti vel de morfu fuerint. Præstat item maxime hoc oleum, cum in homines pestilentia lævit, &c.

III. *Contra questionem affirmativa colligitur ex omnibus serè practica, & quotidiana experientia confirmatur, quod scilicet in hoc casu præsentis, sanum remedium constituat oleum scorpionum, si juxta sententiam Meluei renibus & pubi illinatur. Aesculapius per colem Rutaceum, de scorpionibus, aut Nardinum seu Trinum oleum cum pauco Castoreo infundit, ut vesica alio revocetur. Hinc Valer. Cordus: oleum scorpionum lapidem renum & vesicæ frangit & expellit, lumbis, pubi, peritonæo illitum, aut per meatum urinarium injectum.*

Affirmativa confirmatur.

IV. Notandum hic, quod etiam questione præcedente monuimus: medicamentum aliquod diversis qualitatibus, occultum nimirum

Questionis decisio.

Et manifestum prae ditam esse posse, quod iterum in praesentia repetimus, demonstrando scorpionum oleum non solum occulta proprietate venenis resistere, sed etiam quod ad manifestas operationes vim resolvendi aperiendiq; possidere, praesertim cum praepararetur affuso amararum mygdalarum oleo, quod per se quoq; vim calefaciendi, detergendiq; possidet. Quod autem oleum scorpionum à Matthiolo maxime tantum in venenatis affectionibus commendatur, non improbamus, ubi perpendimus illius compositionem, pro ut ab eodem in comment. praefas. lib. 6. Dioscorid. describitur, quae minimè simplex, sed plurima veneni resistantia Pharmaca mira praeparationis dexteritate recipit.

#### QVÆSTIO IX.

*An in frigida Dysuria conveniant diuretica?*

Affirmativa.

1. Placet Affirmativa Altimaro cap. de dysuria, dum inquit. Pro medicamento, cui utatur quae calefaciendi ac urinam ciendi vim habent, quemadmodum est scordij & Artemisia decoctum, Hyssopi, Pulegij, Foeniculi, Origani vel thymi cum aqua mulsa: nec minus interdum Iberiaca aut Misbridatum, Diagalanga, aut Diacinnamomum, aut Diacalamenthum, aut Dianisum praebere poterit, praedictorum scilicet

fer 31. assumens cum vini albi unciis tribus, aut tantundem prædictæ aquæ mulsæ.

II. *Contrarius est Galius in annot. in Alti-* Negativa.  
*mar, cap. 97. qui præcedentem assertionem*  
*dubiam esse statuit, quoniam ista (inquit) nec*  
*calesciant, ducunt tamen copiosam materiam*  
*ad locum affectum, qui cum sit debilis & male*  
*possit excernere, magis ex hac materia copiâ af-*  
*fligetur.*

III. *Sed nota pro conciliatione, juxta Alti-* Concilia-  
*rum, quod tunc temporis, ubi cum frigida in-* tio.  
*temperie simul pituitosi succi redundant, non*  
*solum in vesica, verum etiam in toto corpore,*  
*dicta medicamenta minime sint præscribenda,*  
*nisi primum peccantes humores convenientibus*  
*digestivis preparati, & cathartici accommo-*  
*dati evacuati fuerint.*

### QVÆSTIO X.

*An inflammatione vesicæ cucurbitula*  
*cum scarificatione pubi af-*  
*figenda?*

I. *Inter alios affectus p. n. quibus vesica labo-* Vesicam  
*rat, est etiam inflammatio, quam non minus inflamma-* ti posse.  
*quam alia corporis partes interna sustinet, cum*  
*multas obtineat venas, situmq; suum propè ma-*  
*gnos venarum ramos habeat, ut inquit Ron-*  
*deletius lib. 3, Method. curand. cap. 46.*

Signa inflammationis vesicæ.

Affectus est periculosissimus, quem febris acuta, vigilia, delirium & urina suppressio comitatur, una cum irritato egerendi conatu, ardore, dolore, duritie & gravitate circa pubem & inguina, ut ex Paulo repetit cum alius multis Buchsius lib. 3. de med. Morb. cap. 43.

Affirmatur questio.

II. Queritur autem nū in hoc affectu cucurbitula cū scarificatione pubi aliquandò affigend. / Affirmat Altimatus dom inquit, cap. de inflam. vesicæ, à vene sectione in decocto seminis lini, fenugræci, in hydrelæo pauco addito Aniso aut danti semine insidere agrum facito, &c. deinceps vesicæ locos irrigate ex oleo Chamæmelino, Anethino, seminis lini; aut eo, in quo Althea fuerit incōcta; itē somenta adhibeantur per aquâ & oleum in vesicis semiplenis admota, vel spongis; & ubi hæc non suffecerint, cucurbitam circa pectinē aut pubem una cum scarificatione affigemus. Idem quoque Mercursius inquit lib. 4. de morb. intern. curat. c. 9. inquitens; in primo mali accessu sanguinē mittes &c. quo factò omni diligentia studendum est ventrem emolli- re clystere injecto ex hydrelæo in parvissimi copîa, aut ex oleo seminis lini & lacte, vel ex butyro & oleo amygdalorum dulcium: sed tutius fore arbitror infel- sionibus id opus exequi, maxime his, quæ recipiant decoctum fenugræci & viola- ram.



rum. Præstabis item fomenti ex eisdem cum vesica aut spongia & partes dolentes irrigabis oleo Chamæmelino, anethino, vel amygdalarû dulcium in quo ferverit Alhæa. Quod si adhuc hic factis dolor non quieverit, cucurbitam juxta pectinem affixam scarificabis.

III. Verum & huic assertioni contradicit Sallius citat lib. c. 102. qui nequaquam affirmativam concedendam esse putat, quoniam cucurbitula cum scarificatione affixa inflammationem exasperando & materiam plurimam ad locum affectum attrahendo seviorem reddat morbum: & hoc præcipue si in principio & augmento inflammationis, & dum adhuc materia fluit, administretur.

IV. Sed notandum pro questionis resolutione, quod minimè major affectus exacerbatio cû Sallio timenda, quia nec Altimarus nec etiam Mercatus statim in principio cucurbitam scarificatam adhibent, verum alii præmissis tam universalibus, quam topicis medicamentis. Concludimus igitur affirmativè, quatenus hoc medio per derivationem materia emollita & præparata misuitur, adjuvante venarum commotione, qua ramus epigastricus & hypogastricus in uno principio nimirum iliaco venæ cavæ processu junguntur.

Tantum de Renum & Vesicæ distentionibus præter naturam.

QVÆ



Σὺν Διῶ

DECAS NONA.

De quibusdam affectionibus  
muliebribus;

RESPONDENTE

M. PHILIPPO VVEBERO

Idrisiano, Nassoico.

ἠγορεύουσιν.

**M**ulieres multorum morborum parti-  
cipies esse recte pronunciat Hippocrates,  
qui propterea reprehendit Medicos, non  
exacte causam muliebrum morborum percon-  
tates, sed eosdem veluti viriles affectus curantes.

Sur mulie.  
Fol. 11. v.  
Fol. 118. r.  
188. r.

Ratio hujus miserix, quæ præ viris mulier affici-  
tur potissimum à duobus dependet, tum quod mulier  
sua natura quo ad ortus & generationis princi-  
pia, propter accidentalem corporis dispositio-  
nem viro sit imperfectior, cum teste *Tboma part.*  
*1. 492.* ex virtutis activæ debilitate, materiæq;  
ineptitudine producat, adeoque; causis morbi-  
ficis irruentibus eo minus resistat: tum etiam  
quod actionibus naturalibus membrorum ge-  
nerationi destinatorum in feminis varia vitia  
succurrant, ex quibus feminarum corpus mille  
inmorborum sortibus premitur, ut inquit *Me-  
tus lib. 1. d. morb. mulier. cap. 2.* Necessarium igitur,  
ut post alias questiones therapeuticas in  
presentia gravissimorum quorundam affectuum  
muliebrum per aliquot problematum de-  
clarationem mentionem faciamus.

QVÆ-

## QVÆSTIO I.

An & quomodo in suppressione menstruorum vena secanda?

I. Cur femina sanguinem menstruum effundat, alibi plenius diximus, nimirum propter sobolus generationem, qua de causa natura provida mulierem frigidiores viro genuit, ut debili calore generet quidem, teste Galeno lib. 2. de lect. cap. 5. non tamen vicissim resolvat abundantiam sanguinis, ubi corpora muliebria & vasa οβερτα plurimè inveniunt. Quia vero mulier membra generationis imbecillia possidet, eodem Galeno testante, idcirco per eas sanguis superabundans certis temporibus evacuetur, ubi tamen imbecillitas & imperfectio vicissim absolutè non consideratur, sed tantum respectu individui, qua propter speciei propagationem singulari natura providentia requirebatur: non enim credendum est, inquit Gal. l. 14. de usu part. c. 6. opificem patrem totius generis nostri dimidià sponte imperfectam, ac velut mancatum fuisse facturum, nisi imperfectionem hanc magna quædam utilitas fuisset secutura.

Quocirca patet obiter, in constitutione naturali mulierum sanguinis menstrui fluxum certis adesse temporibus, tam diu, quam diu propter etatem ad prolem concipiendam non sunt ineptæ:

De sanguine menstruo vide lib. 1. de corp. hum. exerc. 1. quæst.

Cur per g. terum sanguis superfluis exsurgetur?

Apud sanguis menstrualis sit alijs ab eo, quo fetus nutritur?

Et enim unus idemq; sanguis essentia, quem singulis mensibus tanquam superfluum natura excernit, & quo fetus in utero completur, & extra uterum in lac converso nutritur, licet negare nequeamus, eundem tam à priori, propter cacochymicam constitutionem subjecti, quam à posteriori, propter causas externas aëris ambientis, ubi jam secretus est, variis modis corrumpi posse, quod s. fellu Fer. nclum & alios, qui statuant, sanguinem, qui singulis mensibus excernitur, ob noxiam & venenatam naturam ad nutrimentum fetus ineptum esse, quam assertionem alibi refutavimus.

Lib. 1. de corp. & anim. exerc. 1. quest. 7.

Præter naturales excretionis menstrua,

11. Evacuatur autē hic sanguis superfluum naturaliter per uterum, ut diximus, eam ob causam, quò tempore conceptionis ad generationem inservire queat, unde colligitur præter naturam fieri, quando dictus sanguis per loca alia profluit, sive hoc fiat per oculos, ut observavit Brasavol. in com. 4. aph. Hipp. aph. 25. Dodon. in observ. Med. cap. 15. Mercurius lib. 1. de mulieb. affect. cap. 7. Sive per os, quasi vomitione quadam prodeat, quod notavit Aretæus lib. 2. cap. 2. Sive per os & nares simul, quemadmodum experientia Paræi lib. 23. Chirurg. cap. 52. Roderici à Castro, lib. 1. part. 1. de morb. mulier. cap. 3. Amati Lusitani, c. 6. 2. curat. 17. testatur, seu etiam, quemadmodum alij scribunt, per ubera, vias u-

*rinarias, digitos, hemorrhoides, aut alvum pro-* Observa-  
*pellatur, quod postremum precedenti æstate in* tio pro-  
*puella nobili & nobile quindecim amorem hic* pria.  
*in Italia observavimus, quæ per annum spatiū*  
*ob exiles uteri venas à viscidis humoribus obstru-*  
*ctas singulis mensibus per sedem sanguine copio-*  
*sè projecerat, quam Dei gratia, præmissis uni-*  
*versalibus per incidentia, attenuantia & laxan-*  
*tia, tam interiorum quam exteriorum potissimum cir-*  
*ca tempus mensium instans, exhibita, sanitati*  
*restituimus.*

III. *Hæc menstrua sanguinis abundantia eva-*  
*cuatio non raro præter naturam in mulieribus*  
*supprimuntur, quam ob causam hic quaerimus, an*  
*& quomodo in eadem venæ lectio con-*  
*veniat? Quidam in omni mensruorū suppress-*  
*sione à quacumq; causa fiat, venæ sectionem con-*  
*cedunt, etiam in causa frigida, quia sanguine*  
*detracto (inquit Rodericus à Castr. part. 1.*  
*lib. 1. cap. 4.) hoc semper consequitur, quod na-*  
*tura, ut vacuum repleat, undiq; sanguinem mo-*  
*vet, ideoq; fluxibilior redditur, ubi tamen no-*  
*tandum, quod in venæ sectione instituenda duo*  
*potissimum consideranda veniant, nimirum ut*  
*illud ipsum præstemus vel quod sanguis copia sua*  
*peccet, vel quod motum habeat inordinatum,*  
*quod posterius semper adest & venæ sectionem*  
*indicat, licet frequenter fiat, ut propter contra-*  
*indicantia ad actum eadem traduci nequeat.*

Affirmatur  
 questio.

Quenam  
vena sit in-  
cidenda,

IV. *At quanam vena secanda sit, dubium est?*  
Galen. lib. de curand. rat. per venæ. ne-  
quaquam in cubito venam incidit, eò quod pur-  
gationem menstruam comprimat & sanguinem  
ad partem superiorem retrahat, quam ob cau-  
sam plurimi practitorum in mensibus suppressis,  
licet plenitudo adsit, semper venas tali vel mal-  
leoli secandas esse suadent, ut patet ex Fuchio,  
Mercuriali & aliis. - Contra Actius mulie-  
ribus ob plenitudinem hoc affectu laborantibus  
copiosa sanguinis missione succurrendum esse pro-  
nunciat, quapropter tum cubiti tum tali venam  
incidendam esse statuit. Huic assertioni sub-  
scribit Mercatus lib. 1. de morb. mulier.  
cap. 9. dum inquit: redundante in toto  
corpore sanguine, ut obstructionem in  
utero aut vicinis partibus efficiat, à di-  
stantissimis partibus, ad ea quæ affecta  
est aut obstructa, sanguinem revellere  
& evacuare oportebit, ut Actii est consi-  
lium, internam cubiti venam esse secan-  
dam: verum redundante sanguine in u-  
tero ipso, aut in toto corpore propter u-  
teri ipsius obstructionem, à venis tali  
sanguinem commodius extrahes, ut vo-  
luit Galenus.

Concilia-  
tio Galeni  
& Actii.

V. Conciliationem hic tentat Altimarus, Ac-  
tium scilicet magnam supposuisse plenitudinem,  
quæ cum copiosa evacuatione indigeat, primò  
cubiti

lūbiti venas, deinceps eas, quæ in talo, secare iussit, ut ex utriq<sup>ue</sup>, simul tanta possit sanguinis copia evacuari, quantum unica sectione plenitudo requirebat: Galenus verò non admodum magnam plenitudinē inspiciens (inquit Altimarus) & ex aduerso vires robustas in mulieribus plenitudine laborantibus supponens, eandem in poplitibus seu tali venæ sectionem fieri decretum reliquit. Eadem decisio legitur etiam apud Rodericum à Castr. citato loco, dum inquit: Si confertam vacationem mulier ferre nequeat, non erit abs re Basilicam primò tundere, quod propterea plerumque fit, aut fieri debet, quia copiosissimè illæ evacuationes, quibus Hippocrates & Galenus utebantur, in usu jam non sunt. Patet igitur Salium in annot. Cap. 107. frustra reprehendere Altimarium, dum inquit, Aetium respicere plenitudinem quæ in causa est obstructionis mensium, sibi vias præcludendo, contra Galenum ejusmodi plenitudinem intelligere, quæ ex obstructione mensium subsequatur? frustra, inquam, Altimarius reprehenditur; quia nihil alienum ab hac assertionem posuit.

VI. Hoc ergo posito, quaeritur de tempore venæ sectionis. Paulus ex Ægina lib. 3. de re med. cap. 60. decem diebus posteaquàm constitutum tempus circuitus muliebrii præterierit

Quo tempore talis venæ sectionis sit instituenda?

R

venam

venam incidit: at Galenus citato libro tri-  
duo quatrduove ante consuetam periodum san-  
guinis missionem incisa venâ tentat, quem ple-  
riq; practitorum sequuntur, ut patet ex Mer-  
cato, Fuchfio, Alcimaro & aliis. Notandum  
hic quod assertio Pauli de vena sectione evacua-  
nte respectu totius, vel revellente respectu uteri  
fit intelligenda; contra, Galenus Ad uterum de-  
rivantem intelligit, hinc etiam Rodericus in-  
quit: Vena gibberi tundenda est, infestante cum  
suppressione febrî, & longissime ab eo tempore,  
quo mulier purgationem expectat.

Quomodo V II, Patet hic obiter quod revulsio fiat ab  
fiat revul- utero non per venas crurum apertas, ut placuit  
o ab utero? Fuchfio lib. 3. de med. morb. cap. 59.  
propterea quod crura rationem contrarii respe-  
ctû matrici habere nequeant, & peccans mate-  
ria ex toto per eiusmodi vena sectionem traha-  
tur ad locum affectum, quod est contra natu-  
ram revulsionis, sed potius per incisionem gib-  
beri. Conducit autem secta vena poplitæ  
vel tali, quatenus derivando servit, & sanguis  
in utero redundans ad pedes ducitur, quod fit in  
inflammatione uteri, vel in toto superabun-  
dans ad uterum consequenter evoca-  
tur, quod fit in mensium sup-  
pressione.



## QVÆSTIO II.

*An opiata narcotica conveniunt in  
fluxu menses  
mior*

I. Opii qualitates ab aliis aliter declarantur, dum quibusdam frigidum, aliis calidum, alijs diversarum proprietatum statuitur: frigidum à plerisque medicorum pronunciatum, ut patet ex Galeno passim, Diolcoride lib. 4. cap. 60. aliisque sexcentis, qui omnes ex effectu colligunt, opium summè frigidum esse, propterea quod calorem nativum opprimat, somnum profundum introducat, totumque cerebrum & omnes sensus stupefaciat. Hinc Scribonius Largus lib. de compos. medic. cap. 48. facit opiam gravedinem, gelationem & livorem artuum, frigidosque sudores manere, præterea spirationem impedit, mentem soporat, sensusque alienat.

Cur opium à multis frigidum statuatur:

II. Alii, qui non penitus in verba majorum jurasse videntur, opium potius qualitatis calidæ quam frigidæ statuitur, in quorum numero est Matthiolus in comm. ad Dioscor. citato loco, ubi inquit, quamvis opium quarto excessu frigidum statuatur, tamen si ex sapore & effectu rerum temperamenta &

Matthiolus potius calidum est opium.

qualitates cognoscuntur, opium nostrum (quantum ego quidem deprehendere potui) non modo gustu amarum percipitur, sed etiam acre, adeo ut paululum in ore detentam linguam & palatum exulceret, unde haud dubie colligi posse putaverim, calidissimas illi melle qualitates, cujus rei fidem augere potest, quae ex eo prodit odoris gravitas. Veruntamen impudentis aut arrogantis nomen subeam, quod in hoc omnium ferè medicorum sententiam destruere velim, eorum iudicium rem hanc aestimandam relinquam, qui ante nos opii tum qualitates, tum facultates diligentissimè expenderunt. *Hæc ille. Subscribit quoque Libavius lib. 2. Bannach. cap. 13. dicens: de opio multi multa: ego verò cum non penitendæ eruditionis & experientiae viris id effectu potius, quam qualitate, & eo etiam analogo frigidum statuo, alias potius calidum, quanquam sensus obtundat, quod non fit frigore primæ qualitatis, sed naturæ spiritu adverso.*

Libavio  
quoque ca-  
lidum est  
opium.

Opium ha-  
bere diver-  
sas quali-  
tates alio-  
rum asser-  
tio.

*III. Quidam præterea medium tenere conantur, dum qualitates opii diversas pronuntiant, ut patet in Capivaccio l. 7. præct. cap. 9. & Renodæo lib. 1. de mat. med. sect. 13. cap. 1. quibus opium est mixta qualitatis,*

*ita*

ita ut caliditatem leviozem & fugacem, frigiditatem contra validiorem & contumacem habeat. Hinc etiam frigidum absolute pronunciatum opium, secundum Capivaccium, quia frigide partes & quantitate plures sunt, & qualitate seu gradu intensiores quam calida: frigida enim in quarto gradu sunt: calida in tertio.

IV. In hoc Auctorum discrepantia paucis, quid nobis probabilius videatur, aperiemus, nimirum in opio, ut & aliis quibusdam narcoticis inesse frigiditatem non subjective, sed affectivè, quatenus ex accidenti Spiritus vivificos sistendo & mortificando, partes nostræ corporis refrigerant. Quod

Affertio  
veritatis.

enim opium narcoticam & soporiferam qualitatè habeat, hoc non fit ea ratione, quatenus illud ipsum est frigidum, sed prout copiosum sulphur narcoticum indigestum, ac fetidum possidet. Nam & sumus sulphureus (inquit Quercet. in Pharmacop. dogm. cap. 24.) carbonum & vapor sulphureus tam vini, quam croci, multò citius hominem in somnum precipitabunt profundum & letheum, quam aqua nivis aut glacies montium, quantumvis in summo excessu frigidissima. Hac enim frigiditas caret spiritibus vaporosis & sulphureis, qui cerebri ventriculos opplentes ejusmodi soporiferas inducunt affectiones, quique aque in vino, carbonibus & croco reperiuntur, licet non tam noxii & lethales. Hinc Petrus Severinus in Idea

Cur opium  
Narcoticum?

Opium cur  
stupefaci  
at, & nihil-  
ominus et-  
iam sudo-  
res moveat,

Medicinae cap. 7. Opium cum tanta amari-  
tudine stupefaciendi virtutem habere dicitur, pro-  
pterea quod in artificiali separatione illius sul-  
phur oleosum planè narcoticum deprehen-  
datur, cum sale quodam diaphoretico, cujus  
ratione subtili resolutione sudores movere po-  
teat. Quod enim in papaveribus (inquit  
Quercetanus lib. 1. de cons. cap. 20.) atque  
opio narcoticum est, id nihil aliud est, quam  
pars quadam oleosa ac sulphurea flammam con-  
cipiens. Hæc vim stupefaciendi possidet, non qua-  
tenus calida vel frigida: sed totius natura pote-  
state, ut loquitur Libavius. Eò igitur tandem  
res recidit, in opio substantiam esse oleagineam,  
quam sulphur narcoticum vocant, cujus ratione  
qualitate non manifesta, sed occulta totius sub-  
stantie spirituum & caloris motus inhibeatur ac  
sistatur, unde mirum non est, quod ob caloris ac  
spirituum immobilitatem introductam variis  
frigiditatis effectus evenire videantur.

Proprietas  
Narcotica  
quomodo  
corrigan-  
tur.

V. Hæc proprietates narcotica suam corre-  
ctionem requirit, antequam cedat in usum me-  
dicum, quam veteres per addita medicamenta  
calidissima tentarunt, falso presupposito funda-  
mento, quod scilicet in excessu frigiditatis stu-  
pefactiva qualitas opii resideat, quapropter Eu-  
phorbiū, utrumq; piper, cinamomum, cariophyl-  
los & similia miscuerunt in antidotis opiativ.

Rectius

Rectius juxta recentiores sulphurii illius narcotici malignitas in opio corrigitur, aceto tam vulgari, quam montano, aliūq; succu vitriolatum proprietatem possidentibus, quibus vapores & halitus, narcotici sistuntur & infringuntur.

Acetum o-  
pii corre-  
ctivum.

Inprimis autem commendatur opii essentia, quæ fit per extractionem cum aceto fortissimo, ita tamen, ut primum, frustulatum incisum opium lento igne in patina torrescat, quò sulphur fetidum eò melius expirare possit, de quo vide Quercitan. in Pharmacopœa.

Opii essen-  
tia.

VI. Talis opii essentia ad opiata narcotica componenda maximè convenit, de quibus querimus, an etiam influxu mensium excedente corducant? Affirmant communiter practici, quia talia medicamenta conferunt ad omnis generis hæmorrhagias, in quacunque corporis parte subsistant, quatenus proprietate singulari spirituum calorig; commotionem inibent, & per consequens facultatis expultricis actionem impediunt. Ut enim insuper purgantibus contingit (teste Jacchino com. in 9. Rhaf. cap. 67) ut irritata natura non pellat modo excrementa priorum humorum, quæ à medicamento trahuntur, sed præterea & utilia simul: sic & hic evenit, ut incipiat quidem natura

Quæstio  
principalis  
affirmatur.

R 4

purgare

purgare inutile, sed ex proritatione quasi scribunda opere expellendi excedat, ut opus naturale symptomaticum evadat. Hic necessarium est, ut motus natura depravatus sistatur, quod post alia communiora medicamenta per usum narcoticorum fieri potest: Notandum tamen, quod in hoc casu usus opiatorum considerate prescribi debeat, cum aliorum medicamentorum opem nihil efficitur, propterea quod mulieres natura, quo ad calorem innatum, debiliores sint, & per consequens stupefacientibus vehementius afficiantur.

Cur inno-  
xius & fre-  
quens usus  
opii in  
Maurita-  
niis?

VII. Obiter hic queritur, qui fiat quod per universam Mauritaniam & Asiam frequens sit opii usus: siquidem ejus usui (teste Garcia ab Horto lib. 1, arom. cap. 4.) ita assueverunt, ut eo abstinentes periculum vite incurrant, quod etiam Christophorus à Costal arom. de opio scribit, dum inquit: Vulgatissimus est apud Africanos & Asiaticos opii usus, & ejus usui ita assueverunt, ut etiam abstinere nequeant, sine manifesto vitæ discrimine. Id ipsa experientia cõperi dum indico mari in Lusitaniam redirem. Etenim eadem navi vehebantur captivi, Turcus quidam natus in Aden, & alii tum Turci tum Persæ & Arabes, qui clam aliquantulum opii segetum detulerant, quo propter penuriam veluti

veluti medicamento usi erant. Eo absumpto, Turcus ille Adensis ad me, heus tu (inquit) quandoquidem curandorum ægrorum in hac navi provincia tibi data est certò scias, nisi mihi & meis sodalibus opium præbueris, biduum nos non supervicturos. Cum verò negarem opium me habere, respondit: illud ergo esto unicum remedium, quo nos, qui opii usu assuevimus liberari queamus, si singulis diebus manè cuique puri vini, haultum propines, licet nobis admodum arduum sit & tædiosum, quod arti nostræ adversetur, sed quoniam nostra salus ex eo dependeat, necessariò ferendū est. Ex illius igitur præscripto vinum omnibus dedi liberatique sunt, & intra mensis spacium vinum amplius gustare noluerunt, nec illis obfuit opii defectus, cuius usus jam in desuetudinem abierat: imò cum illis deinde vinum & opium dare vellem neutrum cupiverunt. *Hæc ille.*

*VIII. Hic è respiciendum esse putamus, quod in illis hominibus agiles omninò, mobilesq; sint spiritus, omnium operationum autores, quorum quietem & reparationem per usum opij sibi conciliant, quapropter Garcias eam ob causam frequentem opij usum Mauritanis esse dicit, ut lassitudinem ex laboribus animiq; fastidia tollant.*

Consuetudo altera natura.

Quod autē ex ejusdem defectu vitæ periculum incurrunt & ex frequentiori usu nihil damus percipi. ut, consuetudo in causa est, quam rectè naturam alteram appellamus.

Opium potius calidū quam frigidū.

I X. Tandem ergo manifestum redditur opii qualitates primas potius calidas esse quàm frigidas, cum insignem amaritudinē & aliquam acridinem habeat, facilius flammam concipiat, odorem gravem ac foetidum expiret: etenim ipse Galenus amaritudinem non frigoris sed caloris effectum statuit, quicquid contradicat Averrhoes lib. 5. Coll. cap. 27. quem sequitur Valeriolus lib. 1. enarr. 4. Odor autem Phosphorum decretis consentientibus calorem est soboles, unde frigida sunt inodora, ut patet in glacie, nive, aqua plurimūq; metallicis. Verius de caliditate & frigiditate non opus est ut admodum solliciti simus, propterea quod effectus quem quarimus, totius naturæ facultatem seu qualitatem occultam sulphuris narcotici in opio contenti sequatur.

### QVÆSTIO III.

*An in uteri suffocatione sanguis mittendus?*

I. Inter muliebria mala, de quibus agitur



*in utero, communissimum est ὑσερτικὸν πνιγὸν, strangulatus vel suffocatio matricis, qua correpta mulieres cum noxa sensus & motus, debili pulsi & respiratione aliquando nulla apparente, pallide tanquam mortua procumbunt, cujus morbi causam Galenus lib. 6. de loc. aff. cap. 5. ad plenitudinem & collectionem menstruorum, vel seminis retentionem sequentem refert, quæ gravissima suffocationis uteri Symptomata generat, quatenus teste Jacchino in com. ad 9, Rhaz. cap. 69. ejusmodi materia veneni naturam contrahit, & tam diu latitat, quo usque à natura dimoveri incipiat, ubi varia succrescunt accidentia pro qualitate & quantitate illius venenata materiae latitantis. Cum autem proxima causa consistat in ejusmodi corruptione materiae latitantis in utero, mirum non est, quod interdum hic affectus adsit, ubi nec mensiuorum nec seminis retentio suspecta est, quemadmodum Fernelius lib. 6. Path. cap. 16. monet, utpote cum quivis humor in utero corruptus ejus generis vaporem ex loci natura venenatum exspirare possit. Hinc Mercat. lib. 2. de morb. mulier. cap. 3. non semper, sed frequentius à sanguine vel semine retento Symptomata uterina suffocationis provenire statuit, quod ipse Galenus quoque voluit.*

Uteri suffocatio quid sit,

Causa suffocationis uteri.

Qualis sit  
vapor ma-  
lignus pec-  
cans.

Non à sola  
refrigera-  
tione de-  
pendet hoc  
malum.

II. Vapor malignus, qui graviora & hor-  
renda symptomata paroxysmi producit, teste  
Fernelio, plurimorum venenorum condicione  
frigidus est ac melancholicus, unde Capivac-  
cius lib. 4. Pract. cap. 10. Suffocationem u-  
teritotius refrigerationem esse dicit, à veneno  
frigido propter obstructionem vasorum ad ute-  
rum pertinentium dependentem. Unde ma-  
nifestum est, quod præter effectus malimitatis  
refrigerationis etiam appareant notæ, quibus  
tamen minimi movemur, ut soli refrigeratio-  
ni matricis malum hoc adscribamus, quem-  
admodum facit Antonius ab Altoma-  
ri, libr. de med. morb. capit. pro-  
prio, quia concedimus quidem cum Steggio  
lib. 7. med. pract. c. 4. Similem affectum à  
frigida uteri temperie ac flatibus generari pos-  
se, quem tamen pro Strangulatu matricis non  
agnoscimus, propterea quod gravissimis Sym-  
ptomatibus huic affectui propriis careat. Hinc  
etiam uteri præfocationem, quam Aetius ex  
refrigeratione mensibus prodeuntibus fieri pos-  
se statuit, cum Capivaccio cit. loc. non ve-  
rum uteri strangulatum, sed syncopen hysteri-  
corum, ob viarum inanitionem accidentem, pro-  
nunciamus.

III. Dubitatur autem in hoc affectu, num  
etiam sanguinis missio locum habere  
queat?

quærit? Dissentiunt plurimi, propterea quod *Negantes*  
 viribus collapsis detractio sanguinis vix atque *rationes,*  
 ne vix quidem approbetur: at qui hic vires ad  
 venæsectionem validas in semimortua judicabit.  
 Accedit & hoc quod uteri suffocatio, non  
 tam à sanguine, quàm à retentione seminis fi-  
 at, ut diximus, quod apparet in virginibus ver-  
 nis passerculis lascivioribus & viduis juniori-  
 bus, consueto viri amplexu privatis: at seminis  
 noxa per sanguinis missionem non corrigi-  
 tur.

IV. Pro resolutione quæstionis notandū quod *Resolutio*  
 sicut in alio morbo, sic etiam hic eò maxime re- *quæstionis.*  
 spiciendum, ut antecedens causa tollatur, quæ-  
 propter concludimus, quod in omni suffocatione  
 matricis præ reliquis operationibus medicis ob-  
 structio solvenda & materia copiosior affluxus  
 inhibendus veniat, quibus intentionibus in suffo-  
 catione proveniente ex retentione sanguinis  
 menstrui commodam succurritur per sanguinis  
 missionem, tam in paroxysmo necessitate urgen-  
 te, atque caloris nativi, propter copiam sangui-  
 nis, extinctione imminente: quàm extra eun-  
 dem, utpote quæ superflui sanguis præter na- *Virium im-*  
 turam retentus evacuatur, ab utero alio trans- *becillitas*  
 fertur & imminens spirituum atq; caloris suffo- *cur inter-*  
 catio solvitur. Hic virium imbecillitas inten- *dum venæ-*  
 tionem Medici mutare nequit, propterea quod *sectionem*  
 talis *per mil-*  
 tat.

Virium imbecillitas cur interdum venesectionem permittat. talis non ex resolutione spirituum, sed potius ob eorundem, ratione plenitudinis, congregationem præter naturam, liberamq; commotionem impeditam, quæ venesectione corrigitur, proveniat. Quod si suffocatio fiat ex semine corrupto remedium hoc primo non conducit: Si tamen corpus è *υπερβατον*; non negarem, quin hic etiam *θερραπεία* conducat, quatenus affluxum humorum obstructionis causam augentem ad alias partes dirigere potest.

#### QVÆSTIO IV.

*An vinum hystericis conveniat?*

Affirmatur  
questio.

I. *Mulieres prædicto malo obnoxias, hystericas vocamus, de quibus quaeritur, An vino uti debeant? Affirmativam Hippocrates lib. 1. de mulier, morb, innuere videtur, dum inquit: si uteri ad hepar accesserint, muta de repente sit mulier & dentes confert: tum manibus subtus depelle, & infra hepar ac hypochondria fasciâ mulierem constringito, ac ore aperto vinum odoriferum infunde, naribus graveos lentia offer, subtus verò aromatis benevolentibus suffico.*

*Neque hoc sine ratione dicitur, præsertim*

tim cum vinum non solum respectu confortationis utilissimum sit, verum etiam vi sua discutendi deobstruat, atque ita spiritibus vitalibus penè suffocatis succurrat.

II. Contrarium Avicenna inquit, dum inquit, cave ne des ei: (hystericu) vinum, quoniam aqua est eis convenientior, neque carnes grossas & ea quæ addunt in carne & spermate. Cujus assertio ratio in eo consistere videtur, quod vinum optime nutriat, & per consequens copiam semper atque sanguinis augeat: at verò talia minime conveniunt.

Negatur  
questio.

III. Hic pro decisione questionis notat Langius lib. 1. epist. 23. & Mercat. lib. 2. de morb. mul. cap. 3. verbis hysdem, quod inter Hippocratem & Avicennam nullum sit dissidium: nam quia inquit in hujus morbi paroxysmo ob virtutis languorem spiritusq; coarctationem, Syncope crebro accidere solet, Hippocrates accepta à virtute defecta indicatione, qua ceteris præpollat, pro resiciendo virtutis robore, aperto egrotantis ore vinum odoriferum instillare jubet: Avicenna verò, cum ex sanguinis redundantia & coacervati in utero spermatis copia matricis præfocatio oborta fuerit, dum ea quæ sanguinem & sperma in viduis & virginibus adaugent rectè vetat, qualia sunt præcipue caro & vinum.

Decisio  
questionis,  
& autorum  
conciliatio.  
(eius ques-  
tionis de-  
cisio.

Rhode-

Rodericus à Cast. part. 2. de morb. mul. cap. 1. lib. 1. concedit quidem, rectissime conciliationem fieri posse, cum dicimus Hippocratem à deficiente virtute & languore facultatis animalis indicationem sumpsisse, Avicenam contra ad copiam sanguinis & seminis minimè augendam respexisse: non tamen necessarium judicat, ut distinguamus inter sceminam in accessione & extra accessionem, quia vinum non in omni paroxysmo conducit. Sed hæc instantia minimè videtur probabilis, propterea quod Hippocratis verba manifestè paroxysmum describant, unde potius cum Mercato & Langio præsentem questionem concludendam esse statuimus, juxta quos colophonidis loco notandum, quod in uteri præfocatione ex obstructione venarum ejus, à sanguine grosso facta potus vini albi tenuis (quod ολιγοφόρου Græci vocant) potius quam aquæ præscribendus esse videatur, præcipuè si in illo, quæ menses promovent, utpote libanotii, Schananthum, pulegium, juniperi bacca, & similia macerentur.

### QVÆSTIO V.

*An Tartarum vitriolatum conveniat in morbo virgineo?*

Dari morbos inno-  
minatos.

1. Quilibet Medicorum id, quod Langius lib. 1. epilt. 2. Linnuit, quotidie experitur, multas in  
mor-

*morborum catalogo agritudines, nomine & non* Dari mor-  
*tura carentes inveniri, quemadmodum accidit* bos inno-  
*quoque in affectu, quem communiter morbum* minatos.  
*virginium vocant, quod virginibus viro maturis*  
*frequenter molestus sit, qui, febris alba dicitur*  
*Brabantinorum matronis, ob faciei palli-*  
*rem; que denominatio descendit à Mer-* Morbus  
*cato & Roderico à Castro, non quod ve-* virgineus  
*ra febris adsit (hoc enim absurdum, cum sit* cur febris  
*affectus frigidus) sed quia tales agrotantes spe-* alba voce-  
*ciem febrilium præ se ferunt, nimirum debili-* tur?  
*tatem ac pulsus celeritatem & frequentiam, ob* Cur febris  
*eventilationis defectum. Vocatur & alia febris* amatoria  
*amatoria, non propter colorem, quod palleat o-* dicatur?  
*mnis amans; quemadmodum aliquibus placuit,*  
*sed quia virginibus amantibus & amabilibus,*  
*hoc est, pulchrioribus, frequens est: quo enim*  
*formosior est corporis constitutio, eò citius ex-*  
*crementitie superfluitates colliguntur, propte-* Cur formos-  
*rea quod (teste Mercato lib. 2. de morb.* flores ex-  
*mul. cap. 6. in temperatioribus partibus lau-* cremento-  
*dabilius requiratur alimentum, unde per ac-* rum copiam  
*cidens major cruditatum copia colligitur, reli-* obnoxia?  
*ctis videlicet sanguinis portionibus impuris, quas*  
*deformiores in alimentum quoque commutare*  
*queunt.*

II. Est autem morbus virgineus nihil aliud quam obstructio venarum circa matricem, cujus ratione sanguis superfluum ad venas ma-

Morbus virgineus qui dicitur.

jores regurgitat & operationem viscerum sanguificationi servientium interturbat, ut induridus colligatur humor, qui distributus in corpus reliquum colorem rubicum dum vertit in pallidum (unde quibusdam licterus albus vocatur) & pro indole sua varia producit Symptomata, videlicet totius refrigerationem, ob sanguinem viscidum & crudum minus evacuatam, quo consequenter calor natus opprimatur, parvam ac crebram respirationem, propter compressionem diaphragmatis à copia materia circa viscerum regionem in hypochondris collecta, cordis palpitationem, ob cruditatem sanguinis & inde prosilientem flatuosum spiritum, quem cordis motus extrudere conatur, lassitudinem insignem totius, ob copiam crudi sanguinis, qua facultas animalis opprimitur, cibi fastidium, ob excrementorum coarctatam pituitosam in ventriculo collectam, capitis gravitatem atque dolorem, quando flatuosus spiritus cerebrum replens, acrimoniam simul nanciscitur,

III. Inprimis autem hic respiciendum ad menses obstructionem: nam juxta Langium præsens morbus generatur eo tempore, quando sanguis mensis ad matricis loculos & venas ab hepate defluit, qui cum ob illarum angusta oscula, que nondum patuerunt, viscosis quoque & crudis humoribus obstructa & denique ob sanguinis grossitatem erumpere non possit, tum rursum

Deducuntur Symptomata morbi virginici.

Mensium obstructio præcipua causa morbi virginici.



sum per venæ cavæ, majoriſq; arteria propa-  
gines ad cor, epar, diaphragma & præcordiorū ve-  
nas regurgitat, capiti quoq; bona pars imperti-  
tur, & circa viscera gravia parit accidentia, dy-  
ſſonā, tremulum cordis pulſum, inflationem,  
ſtomachi ſaſtidium, cardialgiam, nec raro cum  
amentia Epilepſiam & delirium. Hac ille.

IV. *Quæritur autem an in hoc affectu tar-* Affirmatur  
*tarum vitriolatum conveniat? Affirmativam* quæſtio.  
*teneamus propterea quod in hoc morbo talia me-*  
*dicamenta conveniant, quæ frigidos ac viſcoſos* Tartari vitriolati  
*humores incidant, attenuent, cruditates conco-* facultas:  
*quant, obſtructiones aperiant, & materias ad-*  
*hærentes abſtergant. At hæc omnia præſtat ef-*  
*ficaciſſimè tartarum vitriolatum: etenim ſi*  
*tartarum vini per ſe conſideratum, vim aperi-*  
*endi & abſtergendi non levem poſidet; cujus ra-*  
*tione communiter à præctici in morbis ſcorbu-*  
*tici & hydropici præſcribitur, multò magis*  
*hoc tartaro vitriolato concedendum eſt, ubi præ-*  
*paratum, & optimè purificatum oleum tartari*  
*per oleum vitrioli guttatim aſuſum non ſine ex-*  
*tandefcentia ſiguitur, & in coagulatum albiſſimè*  
*mutatur; cujus præparandi modum facilimum*  
*videas in Medulla deſtillat. Cunnadi tract.*  
*2. & in Baſilica Chym. Crollij pag. 115.*

V. *Notandum tamen in hoc morbo temerè*  
*non protivus ad uſum huius medicamenti pro-*  
*cedendum eſſe, ſed ante omnia neceſſarium*  
*eſt, ut primæ viæ per medicamenta lenientia*

Cautela  
neceſſaria.

purificentur, quo peracto semel atque iterum repetitis evacuationibus levibus, ad usum tartari vitriolati procedendum est, ita tamen, ut pro diversitate naturarum, illius scrupulum integrum vel dimidium cum appropriatis aquis destillatis, vel broctis, quibus convenientes radices & herba cocta vel macerata fuerint, singulis diebus horis tribus ante cibum bis exhibeamus per tempus aliquot, eò respiciendo, quò materia preparata, si necessitas hoc urget, interdum per dilutum Rhabarbari repurgetur, & mensuram obstructio, circa tempus conveniens, per balnea, frictiones aliaque convenientia resolvatur.

### QVÆSTIO VI.

*An pica pregnantium eodem modo curetur ut in aliis?*

Fica pregnantium  
quid.

I. Frequens est malum pregnantibus, quod picam vel malaciam vocant, ut varia appetant edulia prava, carnem videlicet crudam, terram, carbones, lateres, cretam, calcem vivam, & nescio quid non ulterius: fitq; propter affectum oris ventriculi, cum appetitis rebus contrarius vel etiam similis vitiosus succus in Stomacho colligitur & maxime iis accidit, quæ partus producant pulcherrimos. Licet enim tales temperamento plerumq; laudabili consistant, nihilominus toto gravidationis tempore variis afficiuntur.

sciuntur symptomatibus, tum quod alii citius  
 cruditates colligant, ut precedenti questione  
 probavimus, tum etiam, quod partus praestantio-  
 rem sanguinis partem ad se alliciat, impuriore  
 & magis saeculentâ relicta secundum Hippo-  
 cratem lib. 1. de morb. mul. Adde quod  
 naturâ in hoc univ. fetus nimirum generatio-  
 nem & absolutionem intentâ, reliquas facul-  
 tates nutritivâ debilitentur, adeoq; minus cor-  
 ruptioni sanguinis & humorum redundantium  
 resistent, unde tot *ὀρεκτικὸς* & *ὀρεκτικὸς* acci-  
 dentia prater naturam in praegnantibus conspi-  
 ciuntur.

Cur etiam  
 temperatis  
 praegnantibus  
 accidat?

II. Diximus autem appetitum rebus contrarium  
 & similem vitiosum succum in orificio ventriculi  
 colligi posse: quia contrarium peccantis materiae  
 collectae mulieres appetunt, quatenus potentia  
 naturalis nondum perversa est, teste Merca-  
 to, quae propter sui conservationem illud appe-  
 tit, quod materia collectae repugnat, propterea  
 quod peccantes humores nondum connaturales  
 facti sunt: at ubi penitus infecerunt orificium  
 ventriculi, similia cupiunt, quia jam quasi na-  
 turales facti sunt, unde sequitur appetitus si-  
 milis: verum enim est quod Galenus artis  
 Med. cap. 63 innuit, malas temperaturas,  
 quae morbi ratione ventriculum occupant hoc  
 differre ab iis, quae naturales existunt, quoni-  
 am contraria non autem similia appetunt, quem-  
 admodum naturales.

Cur diver-  
 sus sit ap-  
 petitus de-  
 pravatus?

III, Cum verò non solàm utero gerentibus, sed etiam aliis interdum hic affectus accidat, masculinè nimirùm & samellinè teste Langio lib. 2. epist. 12. quando rugosa ventriculi tunica circa orificium acidè, acerbis, amarulentis, alijsq; peccantibus humoribus imbuta fuerint (quod etiam Mercato approbat, dum inquit, se sapius hunc affectum in virginibus alba febre correptis & viris atro humore infestatis observasse) Idcirco queritur, an in prægnantibus eadem sint præscribenda remedia, quæ conveniant alijs?

Quæstio  
principalis  
negatur.

Negative respondemus cum Mercato, propterea quod in his, neque purgationibus, neque aliis, quæ vehementer abstergunt pharmacia utendum esse videatur, ob abortus periculum; Etenim cum primis mensibus vigeant hæc accidentia in prægnantibus, consequens est caute procedendum esse, præsertim cum circa tempus illud Hippocrates purgationem interdicit. Quarto verò mense, circa quem tutior esset medicamentorum usus, sponte sua cessat affectus, utpote per frequentes vomitiones absumpta materia vel agente concoctæ facultate (cum exiguum cibi propter fastidium conjunctum ejusmodi mulieres assumant) plurimum alterata, simul adjuvante fœtus attractione copiosiori, qui propter majorem augmentationem plurimum sanguinis tunc temporis attrahit & absumit.

Notan-

Notandum igitur in pregnantibus hunc affectum aliter trahi non posse, quam vultus ratione convenienti ad materiam peccantem attemperandam instituta, levi absterfione & facili vomitus provocatione, si scilicet eò natura inclinat, non neglectu is, qua ad stomachi corrosificationem interius & exterius inservire queunt.

QVÆSTIO VII.

*An mulier utero gerens acuto morbo correpta purganda sit?*

I. Cum precedenti questione lectum sit, utero gerentem non admodum alvi vacationem perferre posse, merito querit ut in presentia, nam etiam prægnantem acuto morbo correptam purgare liceat? Hippocrates illud ipsum lib. 4. aph. 1. & lib. 5. aphor. 9. determinat, dum inquit, prægnantes purgabis, si materia turgeat, quadrimestres & usque ad septimum mensem sed has parcius. Minore verò aut grandiore conceptu abstinere bis.

Affirmatur  
questio.

Hanc assertionem Hippocrati, Averrhoes lib. 7. coll. cap. 4. reprehendit, & purgantia medicamenta prægnantibus absolute interdicit hic verbum; Pharmacia ad bonum finem pervenire nequit, quoniam in se habet substantiam venenosam, & fortasse faciet malos humores floere ad embryonem, ut ipsum ledant, propterea quia medicinae purgantes sunt medicinae provocantes urinam,

Averrois  
instancia  
proponitur.

& quod provocat urinam est de genere provocantium menstrua, & quod provocat menstrua abortire facit. Verum

Solvitur in  
Rantia A.  
verrhois.

hac Averrhois assertio minimè sufficit ad aphorismi veritatem infringendam, quemadmodum patebit ex ejusdem ulteriori declaratione, quam ex sententia Sylvatici controversi. 84. Rod. à Castro part. 2. lib. 3. de morb. mul. cap. 21. Salij de affectib. partic. cap. 21. & alii subijcimus.

II. Etenim purgantur interdum pregnantes, tunc temporis scilicet, ubi materia turget, quoniam in tali casu pharmaco exhibito non magna fit in corpore commotio, propterea quod humores turgentes sponte facillimè hinc inde defluant, naturaq; adjuvante levi medicamine protinus educantur. Non autem hoc sufficit, sed opus est, ut respiciamus etiam ad tempus gestationis, quia licet materia turgeat, non tamen primis & ultimis mensibus purgandum, ut monet Hippocrates in aphorismo, cum utroviq; facillimè subsequatur abortus, ob sætus ligamenta, quæ primis mensibus propter molliem & humorem, postremis ob siccitatem, sætusq; gravitatem citissimè totius commotione, propriaq; irritatione rumpuntur. Inter medios verò gestationis menses cum Hippocrate excipimus, in quibus humoribus turgentibus leviori aliquo purgante medicamento pregnantes evacuan-  
tur.

fur, quia tum temporis validiora sunt foetus ligamenta, quam ob causam purgationis commotionem sustinere queunt. Adhibetur autem hic purgatio tunc temporis, ubi materia turget, tum propter imminens periculum, quod ex materia turgente timendum, tum etiam, quod talis materia commota leviore negotio purgetur? ut supra innuimus.

111. Nec obstat, quod quidam asserant, non solum in mensibus intermediis purgantia concedi posse, quando materia turget, sed etiam in materia firmata, propterea quod experientia confirmet, frequenter absq; noxa pregnantis in eiusmodi casu purgatas fuisse: non, inquam, hoc obstat, quia potest fieri, ut robur infantis ac matris ex accidenti resistat, adeoq; natura se ipsam defendat, quod cum raro fiat, regulam communem minime tollit. Verisimile enim est non sine periculo purgans adhiberi, quando materia non turget, propterea quod levia medicamenta materiam firmatam movere nequeant, fortiora vero vehementissimam agitationem introducendo tam foetum quam matrem afficiant. In ipsis vero medicamentis adhibendis ex Roderico de Castro nota, quod ab amaris solitariis, quae foetum enecant, & nimiam lubricantibus, qua laxando vias ad abortum disponunt, abstinendum sit.

An tantam turgentibus humoribus purgandum?

## QVÆSTIO VIII.

*An pregnantibus vena secanda?*

- Negatur** I. **Negativam** Hippocrates lib. 5. aph. 30. videtur inuere, dum inquit: mulier utero ferens secta vena abortit, eoque magis si sit foetus grandior. Nec assertitur hoc sine ratione, cum per venam sectam sœtus subtrahatur alimentum, quò denegato sœtus debilitatur & ante tempus & perfectam absoluteionem expellitur. Contra affirmativam partem Celsus innuit lib. 2. de re med. cap. 9, qui ejusmodi auxilium tunc in gravidis, viribus constantibus exerceri posse statuit, quò etiam inclinât Averroes lib. 6. colliget cap. 4. Hæc assertio confirmatur ab alijs illo fundamento, quod ex precedente quaestione sumitur, à concessa nimirum purgatione: si enim purgatio conceditur gravidis, cur non etiam vena sectio, quod auxilium minus periculosum, & magis in artificij directione consistit.
- Affirmatur** quæstio ex Celso.
- Resolutio** II. **Notandum** juxta sententiam Horatii quæstionis. Aug. lib. 6. de missione long. Sylvatici contro. 83. Salvi Diversi de aff. part. cap. 22. & alios, quòd audacter vena sit incidenda pregnantibus datis indicantibus temporis, ubi tanta sanguinis adest copia, quæ licet imminuat, pro foetus alimento nihilominus sufficiat. Hinc aphorismus Hippocraticus innuit, eo



minus prægnantes venæsectionem ferre posse, quò foetus est grandior, utpote qui majori nutrimenti copia gaudet. Vbi autem foetus minor est, nimirum in primis mensibus, sanguis evacuari potest per venæsectionem, si morbus acutus vel aliud quid hoc inducat, quia tunc temporis foetus non admodum indiget copioso sanguinis affluxu, quod eo majori cum audacia peragitur, quando prægnans simul plethorica constitutionis est. Etenim non raro fit, ut per venæsectionem in eiusmodi mulieribus plethorici abortus præcaveatur, quod hac ratione foetus imminens suffocatio corrigatur. quemadmodum enim sanguinis inopiâ foetus interit, sic minimè negandum, quod idè repente sanguinis irruente copiâ suffocari possit. Hinc in aliquibus mulieribus Austriacæ, cum superioribus annis ibidem medicinam scilicet aremus, aliter abortum præcaveri non potuisse quam venæsectione observavimus, unde facillimè subscribimus Hor. Augenio l. b. 6. de miss. sang. cap. 11. qui in una atq; altera muliere plethorica per sanguinis copiam venæsectione dimissa tam primis mensibus abortum singulis annis alias tertio vel quarto mense gestationis recurrentem, se hinc se præcavisse testatur, cuius rei exemplum refert quoque Christophorus à Vega com. ad lib. 5. Hipp. aph. 31.

III. Caret hoc ipsum admiratione præsertim cura videamus interdum in eiusmodi ple-

Quando  
& quomodo prægnantibus sanguis mitterendus.

Quaedam  
prægnantes  
sanguinis  
cupia ab-  
undant.

Quomodo  
fit intelli-  
gendus a-  
phorismus  
Hippocra-  
tis.

plethoricis constitutionibus ipsam naturam san-  
guinis evacuationem moliri, quâ ratione quibus-  
damsam toto gestationis tempore menses fluunt,  
teste Joberto in com. lib. 2. de natural.  
facult. cap. 3. ex his scilicet venis, quæ sunt in  
uteri collo, per quas etiam immensum sanguinis  
fluxum patiebatur prægnans quedam Baronis-  
sa, curata à D. Jacobo Horstio, cujus ob-  
servationem videas in Schenckio tom. 2,  
lib. 4. observ. 146. Quod attinet Hippocra-  
tis aphorismum, illum Salius loco citat. &  
Rodericus à Cast. part. 2. de morb. mul.  
lib. 3. cap. 2 cum aliis multis tantum de lar-  
gâ sanguinis evacuatione, quæ veteribus in usu  
fuit, intelligendum esse putant, quod tamen  
minimè placet aliis & inter eos Sylvatico lo-  
co citato, propterea quod veteribus non solum  
larga sed etiam parca sanguinis missio fuerit in  
usu, quam ob causam concludit, verioremm illo-  
rum esse sententiam, qui statuunt aphorismum  
Hippocratis minimè universalem esse, eamq; ad-  
mittere limitationem, quæ sumitur à dictis indi-  
cantibus, quæ venesectionem in prægnantibus  
suadent. Nec tamen propterea divinus senex  
reprehendendus est, quia tantum respexit ad  
illa, quæ communiter accidunt, ubi prægnantes  
venesectionem non admodum sustinere posse vi-  
dentur, propterea quod sanguinis quandam co-  
piam pro fœtus nutritione requirant. Qua-  
tenus

tenus enim *pregnans* secundum naturam constituta est, eatenus aphorismus rectè præcipit, eandem venâ sectâ abortire, maximè si hoc fiat ultimis mensibus, ubi fœtus grandis copiam sanguinis pro alimento majorem requirit.

IV. Obiter hic patet, venæsectionem in prægnantibus tutiorem esse purgatione, quippe cum aliaratione fœtui nocere nequeat, quam alimenti subtractione, quod minimè in prædictis casibus timendum: at purgatio majorem corporis humorumq; commotionem efficit, nec eodem modo pro nostrâ voluntate cum venæsectione dirigi potest. Hinc Averthoes 7. colliget 4. tutam judicat venæsectionem, quando repletio fœtu non necessaria conspicitur, qui tamen de pharmaco præscribendo penitus dissentit.

An venæsectionis purgatione tutior sit in prægnantibus?

### QVÆSTIO IX.

*An prægnanti graviter decumbenti liceat abortum provocare?*

1. Quamvis quidam ex Medicis affirmativam questionis asserere voluerint, propterea quod ipsis impossibile visum fuerit, utero gerentem ab acuto morbo liberare, nisi fœtus primū

Quæstio negatur.

excluderetur, quo mater a tali statu liberata  
 tutius omne remedium genus admitteret, ut  
 ita duobus malis propositu minus eligendum,  
 & potius fœtus, quàm una cum fœtu mater  
 periret: vero tamen & rationi magis consenta-  
 ticam negativam judicamus cum Saliò Di-  
 verfo, Roderico de Castro, sylvatico &  
 aliis.

Etenim primo jurejurando prin-  
 cepti medicorum Hippocrates cautum esse vo-  
 luit, ne quis sœmine, quo partum abigat, me-  
 dicamentum exhiberet, quam ob causam in  
 Synodo Constantinopolitana sexta sancitum  
 est, ut abortum facientia medicamenta propi-  
 nantes homicidij panis afficiantur.

Instantiæ  
 solventur.

II. Nec obstat, quod in matris salutem &  
 conservationem aliquid videatur tentandum:  
 primum enim nō sunt facienda mala ut eveniant  
 bona, nec nostrum est matrem salvare fœtus  
 dispendio: deinde spe quoque fallimur, pro-  
 pterea quod in acutis morbi ipse abortus le-  
 thalis sit: quatenus enim uterq; affectus,  
 per se periculosus, morbus videlicet acutus  
 & ipsa fœtus imperfecti exclusio, qua ma-  
 xime p. n. est, eatenus malum malo addi-  
 tur & laborans in extremum periculum de-  
 ducitur.

Quocirca nunquam (teste Sa-  
 lio)

lio) nec pharmacum nec abortivum medicamentum ad hanc intentionem exhibeatur, sed semper incumbat Medicus conservationi fœtus, quantum in ejus potestate erit, omnia rectè circumspiciens & mensurans, fœtusq; & matris summam habens rationem, ne partu interfecto, unâ & matrem interficiat, ut sæpe factum esse ab his medicis apparet. Quod si oppositum nonnunquam visum sit, hoc non rationi, sed robori mulierum, per quod errata Medicorum tolerare potuerunt, adscribant. Hec ille.

I I I. *His rationibus commotus, ante Observatione  
te triennium, cum Soliquella medicinam Propria.*  
facerem, ad nobilem matronam pregnantem circa medium gestationis tempus acuto morbo laborantem & obscuros atque falsos partus dolores percipientem vocatus, nullis precibus tum agrotantis tum adstantium eo adduci potui, ut medicamentum fœtum interimens & expellens, præscriberem, sed potius natura totum negotium committens, quâ fieri potuit diligentia fœtui & matri prospexi, qua ratione sensim ægra vires recolligens justo partus tempore resisti-

re filium sanum edidit magno muliercularum  
 quarundam dedecore, quæ propter uteri stran-  
 gulationem eandem, contra nostrum prognos-  
 ticum, minimè prægnantem, sed sortè mola tan-  
 tum affectam pronuntiabant.

### QVÆSTIO X.

*An mola laborantibus exercitium  
 conveniat?*

**Mola quid. I.** Molam appellamus carnem informem  
 atque inutilem in uteri capacitate conceptam,  
 cujus causa est non solum sanguis menstruus  
 aut semen muliebri, sed viri semen invalidum,  
 quod alimentum quidem trahere, nihil verò  
 conformare potest, ut habet Fernelius, idq;  
 juxta Hippocratem lib. de Sterilit. dum  
 inquit: molæ conceptus causa hæc est,  
 cum multi menses modicum & morbo-  
 sum semen conceperint; neque conce-  
 ptus rectè sit & venter plenus est, velut  
 prægnantis. Hinc Galenus rectè lib.  
 14. de usu part. sine viro mulierem quan-

Vide lib. de corpo-  
 re hum. ex-  
 etc. 1.

dam molam seu factum concipere posse negat,  
 propterèa quod omne motuum principium sit  
 à semine virili, quemadmodum alibi plenius  
 demonstravimus.

11. *Querimus autem, an in mola curanda corporis exercitium conveniat? Videtur hoc ipsum negare Anton. ab Altomari, quem sequitur Forestus & alii practicatorum, juxta sententiã Avicennæ & Pauli, propterea quod motus quamlibet fluxionem concites. Veruntamen cum vera mola per exercitium non raro avellatur potius cum Roderico & Salio statuum videtur, in excludenda mola corporis exercitium inconueniens non esse, nisi fortè non propriè dicta mola, sed tumor quidam induratus in matricis ostio subsistat, de quo Paulus egisse videtur.*

Quæstio-  
nis resolu-  
tio.

Sed pro  $\sigma\upsilon\zeta\eta\tau\acute{\eta}\sigma\theta$  muliebrium affectio-  
num hæc sufficiant.



Εὐὸ Διῶ

DECAS VLTIMA.

De quibusdam contagiosis & mali-  
gnis affectibus,

RESPONDENTE

IOHANNE SCOTO

Franco.

Venena  
qualitati-  
bus ocul-  
tis agere.

Morbi to-  
tius sub-  
stantia.

POSTquam Scaliger Exerc. 218. Sect. 3. af-  
firmaverat omnia ad qualitates manifestas  
deducere summam esse impudentiam, sta-  
tim subjicit venenorum exemplum, quæ diver-  
sas ab Elementorum qualitatibus proprietates  
obtinere dicit, ita ut lateant animos tempera-  
tos, illudant curiosis. Hoc non solum in Phi-  
losophorum scholis, sed etiã apud Medicos ma-  
nifestissimum est, præsertim, ubi consideramus  
morbos contagiosos ac malignos, qui non ma-  
nifesta qualitate caloris, frigoris, aut alterius,  
sed occulta quãdam venenatã proprietate vita-  
li principio contrariante, miris modis corpora  
nostra lædunt & afficiunt. Horum naturã paucis  
per problemata subsequentiã cõsiderabimus, ut  
pateat, quantum occultorum affectuum cura-  
tio distet ab illa medicatione quæ per calidum,  
frigidum, humidum & siccum absolvitur.

#### QVÆSTIO I.

*An peste correptis purgans medicamen-  
tum præscribendum?*

Cur multi  
de peste  
scripserint.

I. Horrenda pestis effecta plurimos viros do-  
ctos commoverunt, ut in ejus naturam diligen-  
ter inquirerent, summiq; conatibus propieta-  
tes illius determinare conarentur, quod non o-  
mnibus eadem felicitate successit, ob affectus hu-  
jus horrendi penitus occultam & absconditam  
essentiam. Inprimis autem hoc ansam erroris  
multis præbuit, quod in eo laborarunt, quò pestis  
naturam à qualitatibus manifestis deducerent,  
quam

Error mul-  
torũ quod  
pestis ad  
manifestas  
qualitates  
pertineat.



quam ob causam in eo conveniunt, quod pestem ex putredine dependere statuunt, sed ob difficultatem, qua talis assertio laborat; in diversas abeunt classes. Hinc Marcellus Capra lib. de morbo pand. fol. 13. & Alexander Mas-

sar. de abusu vesicant. fol. 8. peculiarem terminum & gradum putredinis inexplicabilem addunt, unde non tam ad antidota, quam ad ea que siccant, excrementa purgant, obstructions solvunt &c. respiciendum esse putant.

Hieronym. Fracastorius leg. 2. de morbo contag. cap. 3. pestem febrem sordida & profundam putrescentionis includentem seminaria acutissima contagionis asserit. Eustach. Rudio-

sius lib. de febribus cap. 26 febris pestilentialis essentiam putredinem esse dicit rei venenatae cor insigniter ladentis. Ant. Portus lib. de peste putredinem ex qua pestis oritur, largam, profundam, sordidam, conclusam, ad minima elaboratam & in lentore constitutam statuit. Horat. Auger. lib. 4. Epist. 1. tom. 1.

pestem vel pestilentem febrem omnem putredinem continere dicit, sed excellentem & magnam, aliquid corruptionis includentem. Iordanus tract. 1. de peste  $\phi\alpha\upsilon\upsilon\mu$ . cap. 4. essentiam febris pestilentis in calore acris, mordaciq; statuit, qui abstrusus & abditu corporis penetralibus latitans in propatulo parum admodum vel nunquam versetur, intima horribili incendio

Opinio I.

Opinio II.

Opinio III.

Opinio IV.

Opinio V.

Opinio VI.

premat viscera, & à maligna putredine p. n. in nobis generetur.

Omnes opinioniones diète generaliter improbantur.

Quod essentia pestis non consistat in putredine.

II. Etsi autem presens institutum specialius omnium harum opinionum examen minimè concedit, generaliter tamen demonstrasse sufficiat, quod pestis essentia ex putredine, qualis qualis etiam illa sit, salva veritate deduci nequeat, quia in putredine nihil aliud est, quam primarum & manifestarum qualitatum actio, quæ ad effectum pestiferos declarandos minimè sufficit: hinc sapius non levis putredo partibus nostris accidit (quod in ulceribus pulmonum apparet) cordi propinquissimè, à quâ tamen pestem excitatam nunquam legimus. Adde quod sine febrilibus, adeoque putrescentionis signis non raro pestes observata fuerint, ut patet ex practitorum monimentu, unde consequens est, putredinem de essentia pestis non esse. Imò putredo non tam subito generatur, nec tam sordida & profunda in nobis absque manifestu indicium latere potest, ut exinde pestis accidentia deduci queant. Tandem si sola putredo in causa est, cur omnes tam quoad curationem, quam quoad preservationem non in quæ putredine solùm resistunt, sed venenum à tota substantia oppugnantibus utuntur.

III. Quocirca potius cum Sarraceno lib. de peste cap. 2. Valeriol. in append. ad locos communes, Columba lib. 1. de peste, etc.

ste, cap. 31. & alii concludimus, pestem non ad putredinem, sed ad morbos totius substantiae referendam esse, quia non sensim, sed & d;ōs, maxima vi ac celeritate, insitque vitalesq; spiritus, ipsamq; adeo animam proprium instrumentum, nempe calorem nativum primigenio humido inherentem primūm ac per se teirā malignāq; lucē oppugnat, fatigat, ac plerumq; corrūpit, ac prostermit. Etenim obiter notandum, quod contra Fuchsum l. 3. Inst. sect. 1. c. 4. Montaldum l. 2. de homine sano c. 9. & alios ex superioribus citatis necessario statuendum, dari morbos quosdam totius substantiae, nō quidem ea ratione, qua voluit Fernellius, partium substantiā seu formā sepius immediate & per se laborare, cū sanitas & morbus non ad Essentialem, sed accidentalem corporis constitutionē pertineant, sed quatenus qualitates nobiliores, forma magis intima, non manifeste, sed occultis qualitatibus contrariū afficiuntur. Notandum n. quod quēdammodum rebus naturalibus non tantum quatuor Elementa insunt, sed & nobiliores formae, quae earū tō d;ōs complent & absolvūt, sic etiā non solum qualitates illae manifestae, calor, humor, frigus & siccitas, aliq; huius generis, sed etiam nobiliores & illarum respectu magis occultae reperiuntur, à formis nobilioribus emanantes, ut nobiliorum operationum causa sint proximae. Vt autem manifestae illae sese mutuē

Pestem esse  
morbum  
totius sub-  
stantiae.

Dari mor-  
bos totius  
substan-  
tiae.

afficiunt, & è subjectis se invicem expellunt, ita  
 & hæc sibi contrariantur, quod vel amice ex plu-  
 rimarum rerum antipatheja colligitur: at ve-  
 ro quicquid talium qualitatum respectu sit, il-  
 lud ipsum respectu totius substantie fieri dicitur,  
 tum in corpore nostro, tum etiã in ipsi me-  
 dicamentis, non quod totã substantia immediate  
 agant, sed ut ejusmodi actiones ab actionibus  
 manifestarum qualitatum distinguantur. Pul-  
 cre hoc demonstrat Stregghius leg. 3. Med.  
 Theor. cap. 2. inquiens: partes nostri cor-  
 poris corrumpuntur tum per manifestas  
 causas tum per occultas: hæc sunt ratio-  
 ne qualitatis cujusdam procedentis im-  
 mediatè à formã substantiali parti cui-  
 dam nostri corporis vel facultati vitali  
 adversæ, ut formam partis vel conte-  
 quenter totius corrumpat, &c.

IV. Querimus autem hic num peste corru-  
 ptis purgans medicamentum conveni-  
 at? Inveniuntur qui purgationem approbant,  
 propterea quod peste correpti cacochymia labo-  
 rent, maximisq; corruptionibus humorum sca-  
 teant. At vero talia purgationem indicant.  
 Adde quod febris, internaz, viscerum inflam-  
 matio fiat deterior, per usum alexipharmaco-  
 rum veneno resistentium & insigni caliditate  
 præditorum, nisi per precedentem purgationem  
 humores peccantes evacuentur. Aliis contra-

Opinio af-  
 firmativa  
 questio-  
 nis.

rium placet, nimirum à purgantibus in peste quiescendum, propterea quod caussa peccans pestifera consistat in malignâ venenatâ, proprietate, quæ non purgantibus, sed alexipharmacis veneno resistentibus expugnatur. Hanc ob causam illa medicamenta statim præscribunt, quæ venenum pestiferum expellunt & abigunt, quemadmodum illud ipsum in aliis venenatis affectibus eodem modo requiritur. Et quamvis verum & specificum pestis alexipharmacum homines latere hæcenus voluerit Deus Optimus Maximus, cujus peculiare flagellum hic morbus est, nihilominus ad communia remedia venenis resistentia, quæq; multâ experientia teste profuerunt in pestilentia confugiendum esse censent, ad illa scilicet, quæ tota essentia cordi amica, venenisq; contraria sunt, illudq; per sudorem & occultam transpirationem imprimis expellant.

V. Pro questionis decisione concedimus, quod prima indicatio in peste desumatur à veneno pestifero, cui nec calidum nec frigidum, nec purgatio, nec venæ sectio primò & immediatè succurrit, sed alexipharmacum simplex vel compositum, prout illud ipsum pro diversitate circumstantiarum concurrentium indicatur. Verum plura cathartica (inquit Palmar. l. 2. de febris pestil. cap. 24.) non modò venenis non obluantur, sed etiam venenata &

Opinio negativa questionis.

Decisio controversiæ.

malefica vi prædita sunt, qua corporis vim, roborq; partium dissolvunt. Si igitur peñis causa venenata est, cordique peculiariter infensa, nonne ejus remediũ cordis & infici caloris robor tueri, venenoq; adversari consentaneũ est? At verò tantũ abest, ut cathartico id concessũ sit, ut præterquã quod venenatæ malignitatis particeps est, pestilentẽ etiam perniciẽ cordi & spiritibus insertã, illinoq; in corporis ambitũ naturæ impetu tendentem exagitet, cõfundat, & ad præcordia maximo naturæ damno revocet, atq; revellet, &c. Notandum tamen ex Querc. in Alex. l. 2. c. 7. quod medicus observare debeat, nũ corpus sit cacochymicũ & putridũ, qui malũ soveãt, atq; sustentent & febrẽ secum invehant, abundet humoribus: quia tunc tẽporis specificũ aliquod remedium prædictos humores expurgans ac simul qualitatẽ venenatã retundens exhibendũ esse censet. Quo consilio *Palmar.* citato loco *Rhabarbarũ* cum aqua *Beroardicũ* infusum exhibet, vel etiã cum *bolo Casiæ & Rhabarbaro Mithridatium* permiscet. *Hennius* cape candidũ *Theriaca* drachma, *pau-xilloq;* pulvere *Tormentilla & Dictanini* repletũ & assatum assusis aqua *Calendulae, Cardui bened. paucoq;* aceto in mortario cõtundit, & succũ exprimit, in quo pharmaca solutiva cõvenientia dissolvit & exhibet, quæ ratione purgare, sudorẽ provo-

Purgantia  
appropriata  
in peste.

provo-

provocare, venenog, resistere nititur. Sic etiã ipse Querc. vel in decoctis, vel etiã aquis alexiph. in B. M. cõvenientia solutiva per diẽ naturalem infũdit, & expressũ datis indicationib. propinat.

VI. Quod a. de purgantũ medicamentis sumtionẽ An vena  
monuimus, illud obiter quoq; de vena sectione no- secunda in  
tari potest, quã per se pestis alexipharmacũ mi- peste.  
nimẽ statuímus, licet plurimi, præsertim ex vul-  
go, sanguinis emissionẽ primũ in pestis curatione  
statuant: ea siquidẽ (inquit Palmaris) nati-  
vi caloris substantiã, quã tueri operã pre-  
tiũ est, infituit, infringitq; vires, quas pe-  
stis amuletũ confirmare debet. Præterea  
nõ solũ quò natura & humor viã affectar, cõ-  
ducere medicũ oportet per loca natu-  
ræ lögẽ cõmoda, & naturã probe suo sũ-  
gẽtẽ munere in morborũ curatione per-  
petuò imitari, sed etiã si quãdo utilis ipsi-  
us motus segnior aut infirmior exillit, eũ  
citare atq; arte promoverẽ. Quæ si vera  
sint, & naturæ pestis causam à se amoliri co-  
nantis motus intus foras sit, ut certè heri faten-  
dam est, quum è corporis centro ad peripheri-  
am è partibus præcipuis ac principibus ad igno-  
biles, imbutos veneno atque inquinatos humo-  
res, unaque cum iis venenum ipsum propellat,  
quorum attinet statim initio curationis cathar-  
ticis & sanguinis missione motus in corpore ci-  
ere naturæ contrarios & salutatem ejus imper-  
tam interceptere. Notandum tamen, quod san-  
guinis visio conducatur, quando subjecũ laborã-

**Decisio** *admodum plethoricum est, & non solum signa*  
**quæstionis.** *pestis, sed & implicitæ constitutionis putridæ*  
*Symptomata ab humore, æstu, fervoreq; prode-*  
*untia conspiciuntur, ubi statim in principio ve-*  
*na secatur, viribus scilicet adhuc constantibus,*  
*& sanguis plus minus, pro ratione plenitudinis,*  
*ætatis, anni temporis, aliarumq; circumstan-*  
*tiarum mittitur, de quo vide Horat. Auge-*  
*nium, Mercatum, Heurnium, Querceta-*  
*num, Sarracenum, Palmarium, Iorda-*  
*num & alios. Si enim audacter omnibus ve-*  
*nâ secatur, vel purgans exhibetur, Medicorum*  
*experientia confirmatur, plures ex his interire,*  
*quàm ex his qui penitus à purgantibus & san-*  
*guinis evacuatione quiescant, quemadmodum*  
*videre licet in Foresto, l. 6. obs. 9. & seq.*  
*Roder. Fonseca de tuenda san. c. 27. Pa-*  
*razo lib. de peste c. 24. Palmatio l. 2. post,*  
*feb. c. citato & alius.*

## QVÆSTIO II.

*An morsus Canis rabidi templo Divo*  
*Dononi, vel sacello Divi Belli-*  
*ni sanetur?*

**Morsus ca-** *l. Ad morbos occultos totius substantia mor-*  
**nis rabidi** *sum canis rabidi quoq; referimus: nec immeri-*  
**morbis** *to, cum videamus satè exiguam morsunculam*  
**totius sub-** *frequenter interitû adferre subsequenteribus ad-*  
**stantia.** *miran-*

*miran-*



Symptoma  
mara hy-  
dropho-  
biae.

mirandis Symptomatibus, delirio, metu aquae, convulsione, anxietate implacabili, alios morfu petendi desiderio, siti, singultu & alii hujus generis, quae satis testantur subesse, quandam affectionem occultam & ad solas qualitates primas minime pertinentem. Hanc ob causam Gal. l. 11. simpl. praeceptorem Pelopem reprehendit, quod hujus affectionis rationem ex causa manifestis ambiciosè reddere conetur. Nec obstat locus Galeni lib. 1. proorrh. comm. 2. tex. 17. quo commoti Marcellus Capra, Alex. Massar. & Hercules Saxonia statuunt, virus canino morfu instillum intemperiem excessu vehementi calidam & siccam introducere, quia textus ille non ex propria sed aliorum Medicorum assertione producitur à Galeno, quemadmodum ex verbis ejus manifestè colligitur. Quod autem tali intemperie dictus morbus non absolvatur, ex eo probat Palmarius lib. de morfu Canis rabidi c. 1. Si enim (inquit ille) verum est caecam & inexplicabilem hydrophobiae causam non nisi immodicâ siccitate nobis noxiam & venenatam esse, quomodo impendens ea siccante cancerorū cinere aut alexipharmaco nostro (pulvere scilicet ex foliis Ruta, Verbena, Salviae min. Plantag. Polypod. Absinth. vulgaris, Mentha, Artemis. Melissopholli, Betonia, Hyperici & Centaur. minoris partibus equali-

Alexiphar-  
macum in  
morfu ca-  
nis rabidi.

bis

bus confecto) prohiberi vel jam genita extinguere potest.

II. Hujus horrendi mali curationem in presentia quodammodo inquirimus, quocirca dubitatur, quid sit sentiendum de iis, quæ Cælius Rhodiginus de Bellini, & Matthiolus de Dononi templo recitant. Ille l. 17. lect. antiq. c. 23. ubi plurib. de morsu canis rabidi agit, inter alia quoq; talem medendi rationem prescribit; Est in Rhodiginis paludibus (inquit ille) Divi Bellini templum, miraculorum frequentia celeberrimum & affluxu hominum etiam notissimum. Erectæ ædis causâ ferè publica est. Pulsus is Divus Patavio, grassantibus nobiliû plebisq; quod severius sanctiusq; quam ab illis probari posset, Episcopum ageret, insectantibusq; inimiciter adversariis, in palustre agri nostri solû, quindecim milibus passuum Rhodigio distans, divertit. Cum manus hominum evasisse videretur, canum rabiem non evasit, à quibus è vestigio convulsus discerptusque, mox in Divorum indigita menta relatus, templum in illis emeruit locis, in quo & arca marmoreâ ferreis oclusa cancellis latet sanctissimû ejus corpus. Templi verò ex necis genere ei est proprietas celestis, si quis clavem sibi quaerierit, quâ ædis

Historia de templo D. Bellini.

edis valox recludantur, ac ea candente, quicquid rabie agitari orsum sit, attigerit, praesentissimum est remediū, & nunquam non verum. *Hic lib. 6. Diosc. c. 37. in somn. subsequenter refert*: Verpauci nostro tempore habentur à rabido cane demorfi, qui medicos consulant: nam est tanta religionis vis, ut omnes quos rabidi canes momorderint, partim ad Divi Domini templum confugiant, partim verò ad Divi Bellini Sacellum, ubi quibusdam exorcismis & panibus characteribus obfignatis à sacerdotibus perquam facile curantur, ut plerimorum testimonio & quidem fateri possum.

Historia altera ex Matthio-  
lo.

III. *Hic ante omnia notandum, quod tale tantum periculum non sine periculo vincatur, ut inquit Patæus lib. de venenis c. 15. quam ob causam sine mora statim eò allaborandum esse censemus in iis, qui morsu canis rabidi leduntur, ut venenum per vulnus, interdum etiam levissimum, insillitum foras evocetur, quocirca illud ipsum, si necessitas hoc urget, amplificandum, in circuitu scarificandum, & sanguis copiose detrahendus, appositum iis, quae singulari proprietate, venenatam qualitatem attrahunt, ubi praeceteris theriaca vino generoso dissoluta commendatur, durius affricta parti lose, & postea creore detergo linamentis intus. Hic appli-*

Vera curatio morfus canis rabidi.

Vfus alexipharmaci Palmarii.

applicata, mox superpositis allis vel capi cum sale & Terebinthina comixtis, & intritis, quemadmodum Paræus habet. Interius vero minime negligantur illa, quæ virus hoc caninum occultâ substantiâ vincunt, ubi Palmarius præ cæteris antidotis pulverem alexipharmacum superius propositum commendat, de quo singulis diebus drachmam dimidiam hominibus & aliis animalibus demorsis exhibuit tanto cum successu, ut affirmaret nullum unquam animal hoc usum esse, quod non tam atroci morbi periculum evitârit.

Judicium de assertionione Cæli Rhodigini.

III. Assertionem verò Cæli Rhodigini de clave templi D. Bellini quod attinet, illam partim superstitiosam, partim quoque rationali curationi convenientem judicamus: superstitiosam, propterea quod falsa plebis persuasione virtus quadam sanandi clavibus illius satelli tribuatur, quod tamen fieri nequit, cum res artificialis, quatenus talis, proprietates quasdam qualitatibus rerum oppositas habere nequeat: licet enim ars naturam imitetur, nunquam tamen ipsa per se sola naturalem producit effectum: partim verò curationi naturali convenientem judicamus illam assertionem, quatenus ejusmodi clave candente morsus insistens excutitur, qua ratione venenum elicitur, vulnus apertum conservatur, & virus illud minus ad internas corporis partes se insinuat: Etenim verum est

est quod habet Dioscor. l. 6. c. 38. ubi inquit: Contra virulentos ictus ustio expeditissimum auxilium est, utpote cum ignis cætera viribus præstet, siue quod virus domet & ferri penitus non pariatur: siue quod pars ignem experta postea non vulgare fundamentum curationi præbeat, manente diutius exulceratione. Adjuvat naturam in expellendo firmam phantasiæ persuasio, qua vel sola plurimos gravissimosque morbos non raro curat, quemadmodum supra decad. 2. quæst. 10. pluribus monuimus. Matthiolus porrò sibi ipsi probabiliter respondet, inquit: Cogitanti mihi quonam pacto id iam facile eveniat, nonnullæ se obtulerunt rationes, quas liberè dicam. Haud dubiè inprimis divina auxiliatur gratia: quippe cum non parum molestiæ, mahq; morsu canis rabidi affectis inferre possint Caco-dæmones, ut qui in atrabilariis humoribus suam habeant sedem, iique exorcismis cedentes abeunt, & afflictorum corpora munda relinquunt, sublato secum veneno. Illud præterea addiderim, quod fortasse sacerdotes ipsi aliquod nobis occultum habent antidotum, quod panibus illis admiscentes ægris devorandum præbent, vel id aliquo in potu bibendum exhibent. His deniq; accedit

magna

Matthiolus  
sibi ipsi re-  
spondet.

in magna laborantium fides, quam suscipit Deus Opt. max. cujus solius munere omnia nostra delentur incommoda, atque omnes auferuntur ægritudines. *Has ille.*

QVÆSTIO III.

*An lues venerea correptis conveniat sanguinis missio?*

Origo morbi Gallici.

I. *Luem Veneream alij morbum Gallicum, alij Neapolitanum vocant, propterea quod Carolo VIII. Galliarum Rege cum Alphonso Neapolitano bellum gerente circa 1496. annū; juxta Benivendum, originem suam habuisse fertur, licet Reulnerus Exerc. 1. de scorb. ex Indorum historiis confirmet, eundem affectum longè antè fuisse, ita ut & ipsi Hippocrati non ignotus videatur, ubi considerantur illa, quæ lib. 3. Epid. sect. 3. de signis Indici morbi proferuntur. Ad quod verò genus morborum hic affectus pertineat controversum est apud auctores quidam eò inclinant, ut luem veneream intemperiem calidam & siccam statuerent, quos doctè refutat Palmarius lib. 1. de lue Venerea c. 1. quia calida sicca intemperies tam subito non afficit corpus, ut morbus Gallicus, neq; protinus tot diversa producat symptomata: imo quomodo calido sicco alexiterio, nimirum guajacino ligno malum hoc mitesceret, vel radicibus evelleretur?*

An lues venerea sit intemperies calida & sicca?

II. *Has & similes difficultates vidit Mercurialis lib. de morb. gall. c. 1. qui morbum hunc in qualibet intemperie constituit, sed additâ cautione, ut character hujus morbi sit intemperiei certus quidam gradus & modus nobis incognitus; per quam determinationem additam omnes difficultates solvere conatur. Veruntamen cum modus ille intemperiei unius effectus causa statuatur, necessariò sequitur, eundem peculiarem malignitatem ab omnibus intemperiebus diversam includere, qua ratione nolens volens Mercurialis concedere cogitur, morbum hunc esse morbum ab intemperiebus diversum.*

An certus gradus cuiusque intemperiei, constituat hunc affectum?

III. *Vt igitur hanc etiam difficultatem esugerent Capivaccius lib. 5. Pract. par. 2. c. 1. Hec. Saxon. lib. de lue Vener. c. 1. & leq. ac Montaldus lib. 2. de hom. Sano cap. 11. idcirco putarunt, luem veneream non esse morbum, sed causam agentem à tota substantia producentem morbos diversos in intemperie, in compositione, in solutione continui tot, quot sunt ulcera, tummata, dolores & reliqua, qua hoc morbo affecti patiuntur. Sed quod hi quoque, nodum in scirpo quarant experientia confirmat, qua docemur ulcera, tumores atque intemperies venereas malignitatem quandam singularem includere, quod ratio quoque suadet, cum quodlibet agens sibi simile producere conetur.*

An lues venerea non sit morbus sed causa morbi?

Luem ve. IV. Hanc ob causam recipimus sententiam  
nercam et Fallopii lib. de morbo Gallico c. 20.  
se morbum paræi lib. 18. Chirurg. c. 1. Palmarii loco  
rotius sub- citato, Mercati lib. 1. de morb. gall. c. 1.  
stantia? & 2. Columbæ lib. 3. de peste c. 24. & alio-

rum, qui statunt morbum Gallicum esse mor-  
bum totius substantia, quod maxime patet tum  
ex contagio, quod omnibus affectibus hic con-  
currentibus convenit, tum etiam quod in mani-  
feste qualitatibus primum nulla vehementior  
mutatio observetur, propterea quod agens oc-  
culto modo patiens suum adequatum afficiat.  
Quatenus autem ulcera & tumores in hoc affe-  
ctu non sunt ejusdem generis cum alijs, eatenus  
etiam non cedunt medicamentis ratione inuen-  
tis, sed totus morbus is curatur, que ab occulta  
substantia agunt: Adde quod causam obtine-  
at à tota substantia corporis humanum afficien-  
tem, scilicet peculiare quoddam venenum, quod  
juxta Saxoniam in incipiente morbo vaporosam  
substantiam, in antiquato vero crassos potissi-  
mum & pituitosos humores corporis humani  
præter naturam afficiat.

Quanam  
pars pri-  
mo afficia-  
tur in mor-  
bo Galli-  
co?

V. De parte laborante varia sunt opini-  
ones, ubi nobis præ reliquis arridet assertio  
Mercati l. 1. de morbo gallico c. 1. &  
Fallop. tract. de morb. gall. c. 13, quo pri-



ind venenum luis venereae jecur afficiat: quamvis enim & aliae partes laedantur, ut patet in capite, corde, pulmonibus, faucibus, partibus genitalibus &c. non tamen in illis perpetuus & constans est affectus, sed mutabilis & incertus: at jecoris operationes in omnibus hac lue pollutis vitiantur, quod patet ex gravitate totius corporis, coloris immutatione, plurimorum excrementorum collectione, & sanguinis à naturali statu declinatione, quam consequenter plures alij effectus pro diversitate subjectorum diversi subsequuntur, quam ob causam verisimile est, hoc venenum propter singularem summam & connexionem, quam humores, cui insidet, cum jecore tanquam officina propria possident, ipsum jecur afficere, maxime cum infecti jecur  $\sigma\upsilon\mu\pi\acute{\alpha}\delta\theta\epsilon\acute{\alpha}\nu$  sortiatur cum jecore insipienti corpori majorem, quam cum quovis alio membro, secundum Mercatum. Venim tabes putrescentium pulmonum in phisici contagio pulmones, & dysentericus affectus intestinorum intestina aliorum & non alias corporis partes ex singulari proprietate laedit, sic etiam hic eadem videtur esse ratio.

VI. Querimus autem an lue venerea correptis vena secanda? Quidam ex toto

Pro Quaestione prima rationes negantur.

V 2

segent

negant, propterea quod affectus videatur esse frigidus, cui venæsectio minimè convenire videatur. Adde quod plerunq̄, cum bubone venereo malū invadat: at hic minimè probatur venæsectio, propterea quod naturæ motus, quo noxiā peccantē materiā expellere conatur, impediatur, venenū ad viscera vicissim revocetur, & bubones tardius ad suppurationes perveniant.

Affirmati-  
væ ratio-  
nes.

VII. Alijs affirmativa placet, quibus Mercurius lib. 1. de morbo Gallico subscribit, hæc verbū: Censemus primò mali accessu sanguinem esse mittendum, tum plenitudinis auferendæ ratione, tum vero ut purgantibus, quæ vehèmentiora debent esse, expediat̄ liberiorque via subsit, tum ultimo ut ex jecore major sanguinis portio educatur, ne in majorem materiæ copiā, aut ad plures corporis partes sese veneni virulentia extendat, ut frequentissimè accidisse comperimus in his, qui ut infamiam fugiant, occultè & religiosè cavent, quo minus aliquis hujus mali principium intelligat, &c. Idem Fallop. innuit tractatu de morbo Gallico cap. 30. dicens; Cum evacuandum corpus, primum secamus venam lenitione alvi præmissa vel per Cassiam vel per serum, vel per syr. rosat. solut. Secamus autem venam, ut primum temperemus ebullitionem

tionem in hepate, secundo ut imminuamus materiam alterandam medicamentis ad evacuandam : tertio cum morbus sit per contagium & inficiat hepar, ad quod sit concursus humorum, fiet revulsio à partibus intrinsecis ad extrinsecas.

VIII. *Has ob causas omnino sanguinis Assertionem* missionem convenientem iudicamus, ubi sc. non propria, subito sed per intervalla detrahatur, ut minus vires labi contingat: imò non raro reteratur sanguinis missio, cum ulcera inflammantur, dolores exacerbantur aut alia accidunt venæ sectionem indicantia, quia Mercato teste, audacius in his quam in sanis aut alio quovis morbo laborantibus sanguis mittitur: præstat enim inquit ille, corporibus pestifera hæc luës nescio quam virium firmitudinem & roboris integritatem. Nec obstat quod quidam hoc remedium improbent, propterea quod frigidus videntur affectus, utpote cum pituitosus sanguis abundans in cadaveribus Gallicosorum incisus non semel inventus sit, quemadmodum classicorum autorum quidam testantur; non, inquam, hæc obstat, quia tale quid potius ex accidenti fieri videtur, ob usum argenti vivi, quod pituitosorum humorum copiam oppidò colligit. Quod autem bubones attinet, in illorum præsentia dictas ob

causas sanguis non detrahatur, quoadiu materia adhuc affluit: at fluxione cessante sanguis aliquando detrahendus, quia deconcreta natura facilius in bubonibus pus conpescit, quod maximi momenti est in eorum curatione, ut habet Mercurius. Plura qui vult videat apud Fallopium citato loco.

QVÆSTIO IV.

*An caro viperina conducat Elephantiasis?*

I. Inter antiquos Galenus hoc asserit præsertim lib. 11. simpl. § de carne viperæ, quinque referens historias de Elephantia usque viperarum sanatis, quas copiosè resolvit Joh. Baptista Sylvaticus histor. 71. subscribuntque Gal. Paulus lib. 4. de re medica cap. 1. Orribasius in 6. Synops. c. 5. & lib. 3. de morb. curat. cap. 62. Aëtius 4. Terrab. 1. serm. 123. cap. qui modum præparandi singularem proponunt.

II. Etsi v. Julius Palmarius lib. de Elephant. cap. 9 tam propria quàm Ferneliæ auctoritate & experientia veterum assertionem improbet, dum inquit inter alia: Theriacam Elephantia multis, qua methodo veteres præcipiunt, præbui sed nullo profectus, quæ res effecit, ut vipersas ipsas aliter atque aliter apparatus experi aggressus sum, quas tamen nihilo plus

Carnem viperinam antiqui commendant.

Contrarius est Palmarius.

opis afferre comperi: *nihilominus tamen contrariã experientia inter recentiores etiã ad- dicit Vidus Vidius part. 2. med. lect. 2. lib. 5. cap. 8. dicens; habet vipera vim tota substantia per quam efficit, ut extima pars corporis affecta, quasi serpentum senecta resolvatur & decidat. Pluri- bus autem modis datur &c. quod non tantum a Galeno relatum fuit, sed fre- quentiarum quoque Roma memoria no- stra a Gilberto Medico Germano, qui & se & alios hoc vitio laborantes eo reme- dio curavit, &c. Idem Solenander habet lect. 1. consil. 25. dicens: Mihi vero se- quenti experimento alius in simili & gra- viori casa in Italia curatus est. Accipio duas aut tres vyperas, vel totidem alios serpentes, conligendo vivos, & adjecto multo hordeo decoquo in aqua quo ad hordeũ tumeat accreperet, hordeo eo & ipsa serpentum carne pullos Gallinaceos multo continuo alo, nec aliud alimen- tum suppedito. Solent pulli postquam aliquot dies enutriti sunt, implumes e- vadere, & tandem rufas plumis vesti- ri. Vbi igitur per multos dies ita alti sunt, pualatim incipio zgrum horum carne, & carnum eorum jusculis alere. Hoc re- medium comprobatum est experientia.*

Contra  
Palmarium  
est Vidius  
& Solenap-  
der.

Decisio  
questionis.

111. Nos licet observatione propria casum presentem decidere nequeamus, verisimiliter tamen potius affirmativam quam negativam concludimus, perpendendo, quod omnibus serè Medicis consentientibus trochisci de carne viperina confecti basiu Ibericæ constituent, propterea quod maximè venenū resistant non manifeste qualitativis, quibus juxta Gal. caro viperæ siccat, vehementer digerit & mediocriter calescit, sed occulta quadam proprietate, quam ulterius post Vidium & Solenandrum declarare conatur Quercetanus lib. pharm. dogm. Cap. 18. demonstrans, quod antiquiores naturam viperarum expiscari conati sint, eam ob causam, quod viderent, inter alias serpentes viperā solū & colubrum, exuvias tempore verno deponere & quasi juvenescere. Prasumendū hinc igitur atque credendum esse putat in viperis & colubris nō tantum ad sui conservationem, sed in aliorum quoque usum concessum esse naturalem quendam instinctum, quo pretiosum natura balsamū, in quo omnia animantur & vegetantur, copiosè attrahunt, atq; verno tempore potissimum, ubi illud ipsum in exaltatione sua est, ab igne cœlesti potenter elevatum & excitatum, eodem abundè vigent, ita ut non solum renouentur, & exuvias suas abijciant, sed insuper etiam universalem Medicinam, ad omnem scabiem, lepram, Elephantiasin, venenumq;

Cur veteres  
in viperarum  
naturam in-  
quiverint?

nimq; constituant. Quod ipsum Horat. Aug-  
gen. etiam innuit lib. 4. tom. 2. cap. 16.  
dicens; neminem esse arbitror, qui ne-  
sciat viperam habere hanc facultatem  
innovandi spoliū antiquo relicto: imò  
hoc proprium est omnium serpen-  
tum. Indicatio pro sanando Elephante  
potissima est, removeretotam superfici-  
em corporis tanquam corruptam, dislo-  
lutis ex ipsa humoribus malis & vene-  
natis, & horum loco substitutis novis:  
cum igitur viperæ hanc facultatē habe-  
ant efficiendi in seipsis, rationi conso-  
num est eandem habere in aliis.

IV. *Illic verisimile quoque redditur, quod*  
*habet Cælius Rodiginus lib. 18. lect. 20.* Singularis  
*tiq; cap. 35. nimirum amare vipers balsami* observa-  
*Juccum in Arabia nascentem, quo aluntur plu-* tio de vipe-  
*rimum, ejusque umbram: nam & in odori-* tis.  
*feris sylvis (pergit idem) serpentes, sive*  
*serpulas, ut veteres loquebantur, reperi-*  
*ri frequentissimas traditum est, & scri-*  
*bit Bibliothèques quarto Diodorus. Vbi*  
*verò Arabibus appetat tempus Balsami*  
*succulentum excipiendi humorem, scy-*  
*talas fert unusquisq; duas adversum vi-*  
*peras: quippe iuvicē iis allisis, sono illas*  
*abigunt. Interfecisse namque cavent*  
*cum primis, Balsamo sacras opinati.*  
*Quod si quem fortè mordicus apprehen-*

derint, fit vulnus perinde ac ferro illa-  
tū, sed veneni timor nullus: quādo cibus  
pasta odoratis viperæ virulentiam lethā-  
lē alias, mitiore permutant potestate &c.

In vipera-  
rum carni-  
bus esse a-  
lexiphar-  
macum

*V.* Patet igitur non propterea viperarum car-  
nes Theriacam ingredi, ut tanquam venenum  
per similitudinem alexipharmaca ad venenum  
expellendum q̄ manu ducant, quod placuit  
Bartholo Maranthæ, quem Thomas Lor-  
dā, de pestis phænomen.: sequitur, vel ut veneno  
resistant quatenus nimirum venenum alteri ve-  
neno contrarium esse potest, ut homo liberetur  
propterea, quod duo venena contraria seipsa  
corrumpant in corpore nostro, quod placuit Jo-  
berto dec. 2. Parod. 9. & lib. de pest. in  
fin. quæst. 5. cum hac ratione non preser-  
vationis, sed tantum curationis gratia The-  
riaca conveniret, sed quatenus in his non vene-  
num, sed potius alexipharmacum contra vene-  
num latitat. Non enim ex toto vipera venenata  
est, sed in certis tantum partibus venenum ges-  
sit, in capite potissimum respectu dentium &  
gingivarum atque vesicula sellea quemadmo-  
dum Angelus Abbatius de natura vipe-  
rarum observavit: in reliquis partibus vis resi-  
stendi veneno latet: hinc produnt Naturalium  
aliqui (inquit Cœlius Rodiginus lib. 6.  
lect. antiq. cap. 16.) eos qui aliquando vi-  
pera



per a jecur coctum hauserint, nunquam postea Bezoardi-  
ferri à serpente. cum ani-

Nec quotidiana deest experientia, quæ Bezoardicum animale, quod quidem ex vertebræ male.  
spina dorsi, quidam ex corde, epate & lingua, quidam ex vertebræ cum dictis partibus in pul-  
verem redactum contra omni generis venena  
miris laudibus extollunt, de quo viris doctis libe-  
rum judicium relinquimus.

### QVÆSTIO V.

*An excretorum diligens ad occultiora loca remotio tempore dysenteria pestilentialis sit necessaria?*

I. Omnino: videmus enim quod tempore dysenteria pestilentialis quæ cum malignitate quadam plures in uno loco simul afficit, major sit vis contagii in expirationibus venenatis excretorum, quam in quotidiana laborantiû conversatione, quæ propter astantes non admodum inficiuntur ab agrotantibus nisi cloacæ cum hisdem communibus utantur. Commodissimum igitur erit, ut quicquid ab agrotantibus dejicitur, mox terra obruantur.

II. Qui autem fiat, quod potius ab exhalationibus excretorû, quam ipsis laborantibus alij inficiantur quarimus, præsertim cum in peste & alijs affectibus

Affirmatur  
questio.

Cur potius  
ab exhalationibus  
excretorum inficiantur alij

Responde-  
tur.

affectibus malignis per expirationem occultam à vivente corpore procedentem potissimum vic-  
contagii serpat, in alios. Sed notandum in dys-  
enteria malignitatem adesse non respectu totius  
us, quia morbus hic universalis non est, sed ra-  
tione specifica & maligna corruptionis illorum  
humorum, qui intestinorum exulcerationem  
fœtidam generarunt. Quatenus autem hæc  
corruptio specifica, singulari cuidam parti, ni-  
mirum intestini, & non simpliciter toti contra-  
ria & inimica est, eamque facillimè recipitur &  
vim suam exerit tunc temporis, ubi quis aliquo  
modo dispositus ad cloacas agrotantium acce-  
dens, per inferiorem gutturem ( ut Plantus lo-  
quitur ) venenatas expirationes excretorum re-  
cipit.

Cut pluri-  
mum vale-  
at imagina-  
tio & ti-  
mor tem-  
pore Dys-  
enteria?

III, Iuvat hanc infectionem admodum ti-  
mor et consternatio, quæ in hoc affectu plura sa-  
pius præstat quam in ipsa peste, propterea quod  
hic morbus magis in humorum & spirituum com-  
motione consistat, quæ pro imperio phantasia  
diversimodè fieri potest. Et enim in peste licet ad-  
sit timor & consternatio, non tamen infectio fi-  
eri potest, nisi vel per contagium, vel ex corru-  
ptione contentorum venenum pestiferum acce-  
dat: at in dysenteria hoc ipsum necessarium  
non est, quia fieri potest, ut ex commotione suc-  
ci acriores ad intestina consuant, exulceratio-  
nem ibidem producant, & consequenter flu-

*Sum Dysenterium efficiant; quid enim in com-  
movendu humoribus & Spiritibus imaginatio  
possit, alibi monstravimus,*

Vide tract.  
de cons. &  
& cruent.  
cadave-  
rum.

### QVÆSTIO VI.

*An in sudore Anglico sal absinthij  
conveniat?*

*I. Horrendus fuit affectus, qui anno Salu-  
tis 1486. populariter in Anglia grassari cepit  
& postea 1525. inferiorem Germaniam, Gal-  
liam, Hollandiam & finitimas regiones perva-  
gatus est, cum tantâ trucidentiâ, ut vix cente-  
simus quiq; valetudinem recuperaret, sicut ha-  
bet Reusnerus lib. de Scorb. exer. 1. Erat  
autem sudor tam funestus & lethalis, repente  
cum gravissimo capitis ardore & ventriculi in-  
cendio invadens, ut antequam à Medicis inve-  
stigando de eo aliquid conjiceretur, egros ani-  
ma exueret, ut inquit Quercetanus lib. di-  
xit. polyhist. sect. 2. c. 1. vocatur à VVicro  
lib. de morb. incogn. febris diaria pestilen-  
tialis, cum intra viginti quatuor horas vel ad  
mortem vel ad salutem terminetur, cui remedio  
magis presenti succurri non potest, quàm pro-  
vocatione & continuatione sudoris, omni frigo-  
ris ambientis qualitate penitus vitata. Hinc  
tit. loco Quercetanus; Remedium invene-  
tum fuit huic malo, ut qui interdum cor-  
ripie-*

Sudor An-  
glicus  
quid sit

Remedium  
sudoris An-  
glici.

ejus reme-  
dia.

ripiebantur, mox ut induiti erant lectum peterent, qui vero noctu aut in stratis deprehensi, sine ullo motu (nullo vel minima jactatione) ad vitandum frigus, quod sudorem sensim & leniter distillatum impediret, lecto affixi perseverarent, donec sic sudando quiete 24. horis à cibo & potu omnino abstinendo, pristinae valetudini restituerentur.

Affirmatur  
questio.

¶ I. In hoc affectu non sal absinthii conveniat quæritur. Affirmativam cum VViero tenemus, propterea quod hac ratione naturam adjuvemus in sudore promovendo, venenorum per habitum corporis expellendo: nam eò summis viribus allaborandum, ut protinus venenum expellatur, & vires corporis adjuventur. Præstat hoc VVierus primò per usum Electuarij quod recipit spec. liberanti Zj coral. præpar. Marg. præp. ana Ziss, cort. citri, Rad. Tormentill ana Zj flor. sulphuris Zj. Theriaca Andron Ziss, Gum syr. acetosic. citri q. s. fiat Electuarium de quo Dc. cum aqua Card. bened. vel scabiosa statim in principio præbeat, ut natura citius per sudorem venentium expellat. Hujus loco saltem absinthij ʒ ʒ. in aq. appropriatis exhibet, ut & ejus salis oleam gutt. aliquot propinat, quod citius ab agris assumitur, & miro effectus in veneni expellendo, & natura confirmanda possidet.

Experimē-  
tum VVier-  
ti.

## QVÆSTIO VII.

*An spasmus pestilentialis eandem cum  
Scorbuto curationem ha-  
beat?*

I. *Morbus convulsivus germ. die Kric-  
belkrankheit / Krampffucht oder Zieheu-  
de sucht olim familiaris fuit in his regionibus:  
etenim anno 1596. & 97. VVestphaliam, Co-  
loniam Agrippinensem, VVitgensteinensem &  
VValdaccensem Ducatum, Hasiamq; nostram  
populariter invasit, unde facultas Medica Mar-  
purgensis Academia tunc temporis de spasmu il-  
li pestilentiali tractatum conscripsit. Est autem  
desinente Reusnero de Scorbuto. exer. 1.  
agitatio convellens ex pestilentibus ichoribus &  
malignis vaporibus nervos vellicantibus scaturi-  
ens, quod quasi intento digito monstrant affe-  
ctus, in quos malum desinit, ut sunt morbus Her-  
culeus, resolutio nervorum veternis, mania,  
lumbago, paralysis & convulsiones artuumq;  
conquassationes, vel ut Marpurgenses desini-  
unt: Spasmus pestilentialis est intemperies con-  
tagiosa nervorum & tendinum, ex venenatis  
mucilagibus & vaporibus perveniens, qua  
pro diversitate naturarum cum praternaturali  
tensione & convulsione membrorum, Epilepsia,  
veterno, delirio cum vel sine febris manifesta-  
tur.*

*Morbus  
convulsi-  
vus Epide-  
mius.*

*Spasmus  
pestilenti-  
lis quid.*

Patet

Antecedens causa  
spasmi pe-  
stilentialis.  
Causa ejus  
antecedens.

II. Pater hic *caussa proxima affectus*, cui *remota seu fovens interna subjicitur*, nimirum *contentorum circa ventriculum mesenterium, jectur ac lienem specifica corruptio, à causa externa, cruditate ciborum assumptorum certis temporibus, potissimum tempore sanie oborta.* Cum autem *antecedens Scorbuti causa* consistat etiam in *peccantibus humoribus circa concoctionem viscerum, quemadmodum de Scorbuto exer. t. num. 10. demonstravimus*; id circo *queritur an Scorbuti curatio conveniat etiam in tali, pestilentiali spasmo, praesertim cum experientia testetur, convulsivos motus in Scorbuticis etiam non raro observari.*

Rationes  
pro affir-  
mativa.

III. Videtur sanè *prima fronte defendenda quaestioni affirmativa, propterea quod affectus uterq;* quo ad *causam antecedentem conveniat*; veruntamen *notandum est*; quòd licet *antecedentis causae respectu adsit similitudo*, minimè tamen *quoad specificam corruptionem eadem est ratio*; quocirca *curationis indicatio variatur, quatenus hic non solum ad peccantem superfluam materiam antecedentem respiciendum, sed simul quoq;* *medicamentis alexipharmacis tordi contra venenatam qualitatem & appropriatis cephalicis capiti, nervosq;* generi, *succurrendum est.* Formantur ergò *curationis indicationes nimirum ut cruda peccans mate-*  
ria,

Resolutio  
quaestionis.

**S**erius ego literis tuis respondeo, Clariss. atq; Excellentiss. mi Domine Horsti, amice singulariter honorande. Reddita mihi namq; & illa serò sunt aliàs profectò non tam diu scribendi vices istas protulisseni. Sed & maturius id facere vetare aliquo modo videbantur occupationes, cum mea, quas mihi nuptiarum filia mea primogenia apparatus, tum tua, quas tibi nova illa & honesta Professionu tua conditio cumulativè aggregavit. De qua ex animo tibi verè gratulor, & ut tibi in deum & honorem, literariaq; Reipubl. commodum atq; incrementum illa cedat, Deum unicè precor. Ceterùm ad problemata tua me converto Medica, quæ Deus bone! qu. n. ad gustum & salutem meam: novit ille, me non fallere, etsi hoc velim vel auribus tuis, vel gratia aucupanda dare, non propitium eum mihi optem. Miror & summi facio, ut & quæ hactenus à te profecta sunt omnia, quæ sane etiam ætas & usus magis, magisq; confirmabit, ut te singulari fato ad illustrandam hocce modo artem nostram Medicam excitatum esse certo mihi persuasdeam. Et semper mihi placere illi, qui principia Hippocratica cum Hermeticis conjunxere, ut qui aliter etiam faciendum sentiat, eum ego nihil sapere censeam. Quæso te, ne curam hanc pone, sed quod facis, strenue in opere hoc perge, &c. Sed finem facio & te cum tuis diu valere opto.

Hippocratica cum Hermeticis esse iungenda.

Dab. Suidnicii Silesiorum 3 Non. Martias anno  
Epochæ Christianæ, MDCIX.

MARTINUS SOLFLEIS, D. ET  
Reipublicæ Ratisbonensis Physicus  
Ordinarius Spectaculis.  
eidem.

**S** Constantia tua, in excolenda amicitia se-  
mel inter nos contracta, Excellentissime &  
Clarissimæ Dn. Doctor Gregori, sicut apud  
me laudem meretur summam: ita eandem ego,  
si negligenter tractare, ingratisimus videri pos-  
sem, tantiq; viri complexu verè indignus. Quia  
propter faciendum mihi minimè puto, ut sine  
meis tabellarij ad vos reverti patiar. & pro pio  
voto de felici presentis anni auspicio atq; felici-  
simo successu gratias non agam. Ago igitur  
quas possum maximas, atque ex animo precor.  
Deum opt. max. non tantum hoc anno tibi præ-  
sentem, & omnium rerum tuarum Directorem;  
verum etiam in posterum per totum vultu curri-  
culum transacturi omnium tuorum conatũ,  
actionum & meditationũ, ut omnes concedant  
in laudem sacrosanctæ Trinitatis, & in emolu-  
mentum proprium, utilitatemq; proximi. De-  
inde cum animus sit, in Academia, hoc est, in  
conversatione doctissimorum hominum, vitam  
transigere, plurimũq; prodesse velle: etiã ad eam  
rem

Commen-  
datio vitæ  
Academi-  
cæ.



reim honesta Professione Medica conditio ultra  
 tibi offeratur; tantam felicitatem tibi gratulor.  
 Elegisti profectò vitæ genus, quod ego inter  
 optima recensendum & numerandum puto, in  
 quo desiderium illud cuius homini innatum,  
 quam facilimè consequi atq; explere potes, di-  
 scere nimirum quotidie, atq; alios de rebus o-  
 ptimis docere atq; informare. Hanc itaq; feli-  
 citatem tibi perpetuam esse volo. Caterum  
 pro doctissimis tuis lucubrationibus transmissis  
 habeo gratiam, quas diligenter & cum deside-  
 rio legam. Tibi quod remittam, Clarissime  
 Vir, habeo nihil, præter semina pauca, quæ Ma-  
 gnificus D. D. Oberndorferus, amicus noster  
 communis, communicavit, quæ una cum literis  
 ejusdem ad te datus accipe, & æqui boniq; con-  
 sule. Hisce benè vale, Vir Excellentissi-  
 me. Dabam Ratibona 3.  
 Martii 1607.

---

GEORGIUS BELTZERUS, D.  
 Medicus dexterrimus & Physicus Ot-  
 diarius Reipubl. Misnenensis,  
 Eidem.

**S** Quod hætenus ad binas tuas literas, tibi  
 + Vir Clarissime atq; excellentissime, fautor  
 & amice semper observande, non respondi,

Commen-  
datio pra-  
blematum  
Medico-  
ram.

ex unicâ hâc causa factum fuit, quod notum il-  
lud negotium minus expeditum, &c. iam quod  
superest, problemata Decadum quinq; priorum  
à T. Excel. nuper edita non tam libenter accepi,  
quam legi, & ex in creditos tuos & laudabiles  
conatus multum commendavi, quanquam (quod  
ajunt) vix vendibili non opus sit suspensâ he-  
derâ, meâq; commendatione nil egeant. Vri-  
nam integra & sententia ejusmodi questionum,  
quod polliceris, brevi in lucem prodiret. Video  
enim hac ratione studium Medicinæ aliâs diffi-  
cillimum & satè intricatum, facilitâ metho-  
do & parvo labore ab exercitatu Medicinæ  
Studiofis intelligi ac comprehendendi posse, quod o-  
lim mihi studioso contingere non potuit. Perge  
igitur, mi amice Dn. Doctor, & quocunq;  
studio juvare potes (potes antea quam pluri-  
mum) artem Medicam verè divinam & lauda-  
bilem juvâ, nec dubita, quin à multis præclaris  
& doctis viris in multis regionibus nunquam in-  
termittituram gloriam & favorem exinde sis  
deportaturus. Hisce certè T. Ex. sibi persua-  
deat velim, me etiam in posterum quocunq; vo-  
luerit tempore omnia facturum, expediturum-  
que. Interim valeas & me ames, quem valere  
& amare cupio æternùm. Dabantur

raptim Misena 22. Maji,

Anno 608.

## AD DECADOS I.

## Quæstionem IV.

JOHANNES MICHELIUS,  
Phil. & Med. D. & P. P. Superioris Au-  
striæ Archiater Peritissimus, eidem  
D. Gregorio Horstio.

**S** Problemata tua Medica, Clarissime Horsti,  
de quibusdam affectibus humani corporis in  
specie publicata vidi, maximog. cum deside-  
rio legi. Plurimum vero quæstio quarta De-  
cados primæ placuit, in qua cornu Cervini na-  
turam inquiris, & eò potissimum inclinas, ut  
multitularum assertionem improbes, quæ ma-  
ximâ ex parte crudum potius quam prepara-  
tum cornu cervinum in variolâ & morbillis, in  
morbo ungarico & similibus affectibus appro-  
bant. Ego, ut verum fatear, non semel sed ali-  
quoties rasuram cornu cervini crudi exhibitam,  
sed absq. effectu & mutatione per alvum vicif-  
sim excretam observavi, quod revera propter  
causam à te in quæstione dicta propositam acci-  
dit, quatenus tenaciori materiâ vi diaphoreti-  
ca latens in cervino cornu penitus obruitur, &  
non facile de potentiâ ad actum traducitur. Ve-  
runtamen minimè negandum esse videtur, quod  
in naturis robustioribus etiam crudi cornu cer-  
vini rasura quandam efficaciam habeat, præser-  
tim, ubi optimè lavigatur, quod sesellit pluri-  
mas,

De natura  
& viribus  
cornu cer-  
vini.

mos, qui hæc ob causam calcinatum minus effi-  
 ficax iudicant. Sed hæc omnia dextrè tuis di-  
 functionibus solvuntur: nec sine ratione & ex-  
 perientia, cum cornu cervinum combustum non  
 solum in substantia assumptum sit diaphoreticum,  
 sed insuper etiam in decocto usurpatum  
 quotidiano potu plurimum putredini resistat,  
 & morbo Ungarico laborantibus convenientissi-  
 mum sit, quod ipsemet frequenter observasti,  
 cum antea superioribus hic in Austria, in curan-  
 dis agru *Wassas* fidelem mihi præstares.  
 Ceterum quod nuper à me quærebas, de flori-  
 bus Martis naturalibus, quos nostri *Ziesens-  
 blües* vocant, propterea quod ex his apparenti-  
 bus in fodinis ipsam mineram ferri maturam  
 esse colligant, id breviter determino: nimirum,  
 quod à nostris Vulcani filii nil aliud expiscari  
 potuerim, præterquam quod his ipsis pulverisa-  
 tis utantur tum interius ad diarrhæas & alvi  
 fluxus, tum exterius ad vulnera & alia unguen-  
 tum solutiones consolidandas, quocirca cum cro-  
 co Martis maxime convenire videntur. Verun-  
 tamen cum singularem gustui acrimoniam re-  
 præsentent, ab interno usu abstinere placuit.  
 Dabo tamen operam, ut occasione data copiam  
 quandam transmittam, quia non dubito, quin  
 preparatio Spagyrica, plurimum etiam in hoc  
 medicamento possit. Interim Vir Clariss. amice  
 & affini optatis. Vale, & me ama. Dabam  
 rapilm

*raptum Styriae Superioris Austriae Cal. Maji,  
Anno M. D. C. V. III.*

AD DECADOS II.

Questionem VI.

*Observatio Auctoris de quodam Somnambulone, mirabiliter conservato & curato.*

Ad Virum celeberr.

Dn., GUILIELMUM FABRICIUM, Med. & Chirurg. peritiss. & Reipubl. Paterniacensis Ordinarium.

**S** Ut par pari referam, Peritissime Fabricii, sautor & amice honorande, placet literis meis responsoriis praesentem casum subjicere, tum quod per se rarè talia accidant, tum etiam quod ex illo jucundae quaestiones oriantur, quas breviter enodatas tibi ulterius perpendendas & cum ratione atque experientia medica coniungendas relinquo. Anno superiori 20. Aprilis ju-  
veni quidam, consanguineum meum, in eadem dome mecum vivens, vesperi quodammodo inebriatus ad lectum se confert, optimè dormit, usq; ad horam 12. circa quam è lecto surgit, vini & inde ambulat, & dormiendo tandem ad fenestrā ascendit, eamq; egreditur: ego tunc in eodē cubiculo dormiens insolito strepitu excitatus, quasi  
per

Historia.

per somnium recolligo, juvenem hunc in infantia sæpius ὑπνοβάτης vel somnambulonem egisse, quam ob causam famulum meum nomine proprio appello, querendo num secum dormientem adhuc habeat juvenem, qui excitatus negativè respondet: quapropter statim surgo & fenestram accedo, ut harentem ibidem retraberem; sed prohi dolor! eo ipso momento decidit in plateam lapidibus obductam ex contignatione domus tertiæ ad altitudinem ulnarum 14. tacet primum, & immobilis instar mortui projectus in uno eodemq; loco remanet, paulo post tamen, fortassis pluviarum frigiditate, quæ tunc frequentes erant, resacillatus, sonnum edit inarticulatum, instar vituli jam sub manibus lanii morientis. Descendi, potius ea intentione ut confractum hominem colligerem, ac sepultura prepararem, quam ut curatione Medica vel chirurgica eidem succurrerem. Sed quid sit; hominem invento quo ad membra exteriora omni ex parte illesum, capite excepto, cui vulnus inflitum erat ad os usq; bregmaticum sinistrum, sine osu & periostii læsione. Quibus observatis inferius hypocaustum calefactum aperui, & advocato tum verbi ministro, tum etiam Chirurgo proximo, consternatione quodammodo remotâ, non penitus media adæquat inter mittendâ esse duxi. Statim ergo cum suffocationem imminuentem viderem, pulvere, nescio quo, ingrato qui

ria, ex qua venenatae exhalationes procedunt, per  
epicrasin evacuetur, membra *αἰματώσες* dica-  
ta confortentur, ac nervosorum genus robore-  
tur.

Indicatio-  
nes curati-  
væ in hoc  
affectu.

IV. Hanc ob causam pro dictis intentionibus  
triplex remediorum genus à Marpurgensibus præ-  
scribitur: 1. Electuarium purgans: 2. Antido-  
tum nervosum genus corroborans: 3. Pulvis  
confortans. Electuarium tale est R. El. Dia-  
phæn. solut. Vnc. iij. El. de succo ros. Vn. ij s.  
Antidoti convulsivi Vnc. ij. pul. Hermodactyl.  
alb. à cort. super. mundat. Turbith albi boni,  
Esule mundat. & correct, ana ℥j. diagra. Ca-  
storei ana ℥ij costi, Zingib. Garyophyll. ana ℥j.  
sem ruta, Cymini, croci an. ℥s. Misce & cum  
syr. ros. solut, fiat Electuarium, dosis uncia di-  
midta, plus minus. Antidotum convulsivum ta-  
le est. R. rad. pavon. visci querc. ana unc. ij. Ca-  
stor. Salvia ana Vnc. i. baccar. lauri, cranii hu-  
mani ussi ana drachma ij. Theriaca Mithridat.  
ana Vnc. Xij. Mellis de spumati q. s. fiat Electu-  
arium Theriacale. Pulvis convulsivus talis est.  
R. pulv. ex radic. vincetox. Elenii, succisa, ga-  
ryophyllatæ, Paon. an. Vnc. j. s. baccar. lauri  
Vnc 5. com. salvia, serpilli, Hoy. anthos ana  
℥ ij. spec. diamofn. dul. Pliresaribont. Dian-  
thos ana ℥ i. misce & fiat pulvis.

Remedia  
appropria-  
ta in hoc  
affectu.

V. Hac remedia frequenti usu confirmata in  
gratiam lectoris transcribere volumus, præfer-

Observa-  
tio pro-  
pria.

tim cum ipsimet propriâ experientiâ anno præcedenti successum eorundem observaverimus. Quamvis enim hoc tempore Dei gratia malum omnino sileat, nihilominus anno superiori puella, Clariss. cujusdam Professoris in hac Academia filia, quæ olim eodem effectu laboravit, recidivam patiebatur, cui morbo cognito statim aliquot vicibus Elect. extract. sol. sen. cujus in tractatu de Scorbuto mentionem fecimus, prævacandâ materiâ cum successu exhibuimus, tantâ subsequente materiæ corruptæ dejectione, ut tolerantiam ac vires integras admiraremur: deinde per octiduum pulveris convulsivi Marpurgensium drach. dimidiam jejuno stomacho cum haustu brodii cujusdam præbuimus, quibus per actû vacuationem reiteravimus, pulveris dicti continuationem per septimanam unam & alteram imperavimus, quibus remedii Dei gratia malum convulsivum mox ab usu medicamentorum sensim remisit, & puella in hanc usq; diem à truculenta morbi exacerbatione liberata fuit.

### QVÆSTIO VIII.

*An scorpionum ictus respectu similitudinis, inuncto Scorpionum oleo curetur?*

Arbitratur  
questio.

I. Placet questionis affirmativa, propterea quod similem operationem respectu similitudi-



nie in quibusdam affectionibus manifestu quoque deprehendamus: etenim nullus est, qui non observaverit, partes nostri corpori valde refrigeratas aquae gelidae immersione pristinum vigorem recipere, quam ob causam facile credimus amico nostro Guilielmo Fabricio libr. de Gang. cap. 10. ubi refert usitatissimum esse septentrionalium regionum incolis, manus, pedesq; imò interdum totum corpus, gelu rigidum in aquam frigidam aut nivem immergere, neque in diversorium ingredi, aut ignem propius accedere, nisi egregie prius manus, externum nasum & auriculas plurimâ nive perfricaverint, atq; hinc hydromel cum pulvere cinnam. carzophyll. & Macis exhibere, & sudores in lecto provocare, corpusq; item calescere. Quamvis autem Lemnius lib. 4. de occult. nat. cap. 29. ad antiperistasin hunc effectum reducere conetur, verisimilius tamen esse putamus, cū aliud illud ipsum potius similitudini tribuere, cum videamus ex ovis & pomis congelatis frigus foras sensibiliter evocari, quando gelidam in aquam aliquandiu merguntur.

11. Quod si quo ad qualitates manifestas talis apparet effectus, ut simile à simili alliciatur, cur non multo magis illud ipsum quoq; statuendum, de quibusdam alexipharmacis, & potissimum in praesentia de Scorpionum oleo, quod illius leviter inunctum venenum respectu similitudinis

Observatio de mēbris refrigeratis.

Ratio affirmationis pro quaestione principali.

uttrahit, adeoq; corpus humanum ab eodem li-  
berat. Imò & ipsum Scorpionis corpus contu-  
sum & appositum idem præstat, quemadmodum  
patet ex Foresto lib. 10. obser. 67. & Thad-  
duno in miscel. cap. 9. Quæ enim alexiteria  
admota juvant, ea aut proprium virus extra-  
hant, aut quadam natura similitudine vene-  
num ad sese alliciunt ut inquit Iobertus dec.  
2. parad. 9.

### QVÆSTIO IX.

*An amuletum ex arsenico præservet  
ab infectione pestiferâ?*

Ratio af-  
firman-  
tium.

I. Occasione precedentis quæstionis ad hujus  
declarationem devolvimur propterea, quod plu-  
res inter eos qui affirmativam tenent, id ipsum  
ea ratione fieri statuunt, quatenus Arsenicum  
per similitudinem venenatas evaporationes ex-  
trahit, ubi regioni cordis & arteriarum mani-  
festarum applicatur, ut patet ex Anton. Por-  
to lib. 2. de peste cap. 48. Cæsalp. lib. 3.  
ar. med. cap. de ven. Iordan. tract. 3. de  
peste Phænom. cap. 9. Rolind. de fab.  
Vngar. cap. 8. quæst. 78. licet aliam, sed mi-  
nus probabilem rationem adducat Heurnius  
de peste cap. 8.

Afferunt  
alii con-  
trarium.

II. Etsi verò τὸ δ' ἰότι facilimè concedatur,  
nimirum ob similitudinem pestiferæ qualitatibus  
tale quid interdum fieri posse, non tamen omni-  
nò fir-

nō firmum esse videtur τὸ ὄτι, quod scilicet amuletum ex Arsenico singularem in preservando virtutem habeat, quemadmodum satis patet ex iis, quæ Gerardus Columba lib. 2. de pest. cap. 17. Hercules Saxon. lib. de Pii-ca cap. 53. & Horatius Augenius lib. 3. de peste cap. 27. in partem contrariam adducunt, quibus commotus in præervatione tempore pestis nulli unquam amuletum ex Arsenico præscribere volui, sed felicissimo successu potius in usus sum, quæ singulari balsamica virtute calorem nativum roborant, spiritusq; consortant, quale est amuletum D. Jacobi Horstii p. m. quod recipit, Benzoi, Storacii cal. ana ℥ ʒ. Ladani Opt. ℥ i. ℥ ʒ s. cort. citri ʒ j. Santal. citrini Majorana, Rosmarini an. ʒ j. ol. cinam. gutt. VI. Macis gutt. VIII cum tragac. in aq. rosar. solut. s. massa, dentur ℥ ij. in syndone pro regione cordis. Liberum tamen & hic cuilibet relinquimus iudicium, nec inquirendi discendiq; studium pertinaci quadam opinione præconceptâ deponimus.

## QVÆSTIO X.

An Carbunculus eandem cum Gangrana curationem habeat?

I. Anthrax, carbo, carbunculus, Avicennæ pruna & ignis Persicus juxta Gal. lib. 2. de art. curat. cap. 1. & lib. de tum. cap. 9. fit à sanguine calido, quando nimirum fervens in

Anthrax  
seu carbū-  
culus quid.

partem quandam irruit, eam exurit & crassosum ulcus excitat, in cuius circuitu phlegmone fervens, gravemq; dolorem excitas deprehenditur, teste Joberto. Notandum v. rō quod præcipua pars carbunculi, quæ morbo dedit denominationem, usta, & in carbones quasi conversæ videatur, quam ob causam sensus penitus expertus est, & Sphaceli modo tractatur, aut medicamentis aut ferro siderationem circumscriptibus & limitantibus.

Negatur  
questio.

II. Cum autē Gangrena juxta Gal. lib. 2. de art. cur. ad Glauco, c. 9. fiat, quādo pars aliqua dispositionem ad perfectam mortificationem obtinet, idcirco patet aliam hic esse curationem, quam in Carbunculo, quia non raro fit ut Gangrena corrigatur, & pars in statum naturalem restituatur, evacuatis evacuatibus, & admodum in, quæ partē a putredine vindicant, quod alia atq; alia ratione fieri solet, quatenus ipsius Gangrene causā multiplex est, & non solum ad manifestarum qualitatum excessum refertur, sed multoties quoq; venenatis occultis agentibus aut in corpore nostro genitis, vel exterius acquisitis producitur, de quo vide Guiliel. Fabric. tract. de Gang. & Sphacelo.

Hactenus in centum gravissimos nostri corporis affectus, quoad cognitionem & curationem inquirere voluimus, jã concludentes Deo ter opt. Max. vero corporis animiq; Medico, per quem sumus, movemur & operamur, gratias immortales agimus.

SEQVUNTUR QVORVNDAM EPISTOLÆ ET OBSERVATIONES, ad aliquot problematum ulterio- rem declarationem inservientes.

DE PROBLEMATIBVS MEDICIS in genere, aliq, lucubratis- nibus Autoris.

ZACHARIAS BRENDELIVS,  
Philos. & Med. D. ac Professor in  
Acad. lenensi meritisimus,

GREGORIO HORSTIO Med. D.  
& Professori in Academia  
G. essenâ.

**S** Grata mihi fuerunt litera tua, Cla- rissime & Excellentissime Viri, Un & amice honorande, tum quod constanti tui in me a- more: de quo nunquam dubitavi, testes essent, tum quod de bona fortuna tua, & nova provin- cia dignitatu plena referrent: tum deniq, alia nunciarent publica, privataq, nimirum de in- cremento Academia vestra Orthodoxam Eccle- sia doctrinam foventi & propugnanti, de suc- cessu operarum tuarum, & de Lûngermannii istius, plane nati ad Botanicos, commoditate.

Gratias itaq; tibi ago pro sinceritate affectus erga me tui: Academia autem vestra. & tibi & Jungermanno, cui salutem adscribo, ex animo gratulor, atq; ut istam prosperitatem publicè, privatimq; Deus fortunet ex animo precor: De munere autem tuo tam præclaro, lucubrationibus scilicet tuis, & accuratè elaborata de Scorbuto Disputatione malo tacere, quam pauca dicere. Placet enim mihi quod hic ipsis utilissimis laboribus excitare voluisti tum Medicinæ Candidatos, tum è Medicis etiam nonnullos ad accuratius & penitus considerandam tum Scorbuti, tum etiam aliorum affectuum naturam, &c. Placet etiam vehementer, quod cum vulgaribus remediis Chemica conjungere voluisti, quibus profecto in hac ætate mundi senectæ & hominum intemperantia carere non possumus. Fortasse plura occurrent mihi prædicatione digna, cum per otium istas lucubrationes evolvam. Iam enim obiter & per transennam quadam inspexi, &c. Remitto programma, adiectis quibusdam aliis, quæ pro humanitate atq; candore tuo boni consules. Bene vale, senæ 26. Martij 1609.

Commen-  
datur usus  
Chymia-  
trix.

---

TOBIAS FISCHERVS D. ET  
Medicus Reipub. Suidnicensis in Si-  
licia celeberr. Eidem.

qui ad manus erat; vomitum provocavi, ut ven-  
 triculus ab onere suo liberaretur, utpote quod de  
 precedenti potatione vespertina supererat in ju-  
 vene, Bacchi festivitatum minime assueto. Quo  
 facto, loqui cepit, & de doloribus ingentibus va-  
 riarum partium conquestus est, quod spem  
 quandam restitutionis mihi afferebat, quia  
 mentem nondam affectam videbam: qui enim  
 dolores gravissimos sentiunt, his mens nondum  
 laborat ex Hippocrati sententia. Quare de  
 adequatis alijs remedijs convenientibus cogita-  
 re cepi, quam ob causam venesectionem astan-  
 tibus suasi, & aliquot horas post clysterem a-  
 crem revellentem injiciendum esse putavi. Ne  
 autem tanta remedia in tam gravi casu solum  
 exhiberem statim Dn. D. Tobiam Tandle-  
 rum & affinitate & singulari amicitia mihi  
 conjunctissimum advocare jussi, cui adveniēti  
 casum proposui, qui auditu indicationibus me-  
 cum consensit. Quare statim venam media-  
 nam sinistri brachij incidimus & uncias tres  
 sanguinis extraximus, tum ut motum sanguinis  
 ad viscera principalia corrigeremus, tum  
 etiam, ut dolorem circa coris regionem vehe-  
 mentem leniremus. Post venesectionem  
 bene quievit, & imminens suffocatio una cum  
 dolore dextri hypochondrij remisit. Tribus  
 horis à venesectione circa matutinum tempus  
 I  
 enema

Venæ sectio  
 cur instituta  
 est

enema exhibui, quod recipiebat Malva, B<sup>is</sup> malva Mercurialis, Violar. ana M ℥. Buton. Tussilag, ana M j. ℥. Chamomil. M j s. F. Decoct. ad Vnc. x. In calatura dissolve El. Hiera s. Diaphanic. ana ℥ ijs. de succo rosar. ℥ j s. ol. chamomil. violar. Anethi ana ℥ ij. salu parum s. Enema. Hoc usurpato, sexies tam facilitate alvum deposuit, & maximam sensit alleviationem. Hic tandem ex me & astantibus quaesivit, unde eidem tanta contingerit imbecillitas, (non semel enim animi deliquitum patiebatur) ignarus omnino sui lapsus periculosissimi: cui ne forte propter imaginationem periculi gravius quid accideret, respondimus omnes unanimiter eundem tantum ex lecto sorte fortuna devolutum esse, quod etiam credidit, sibiq; persuasit, se antea per aliquot septimanas imbecillitatem quandam percepisse, qua sorte jam ab hac causa  $\omega\pi\omicron\kappa\alpha\tau\alpha\gamma\alpha\tau\iota\kappa\eta$  ad actum traducta sit. Hisce remediis primo die contentus fui, nisi quod exterius vulnus capiti more solito deligatum fuerit, digestum imposito, totoque capite oleo rosaceo inuncto, sequenti die 22. Aprilis, ut & nocte precedenti de siti & anxietate conquerebatur, ita ut febris una conjuncta videretur, quod etiam urina testabatur, quae rubicunda, sed ob sanguinis conturbationem, partimq; debilitatem crassa apparebat. Ad dirigendum respiciendum esse videbatur, tum

Febris acci-  
dens, cui  
unica fue-  
rit rubicon-  
da & cras-  
sa.



ad sanguinem in corpore p. n. collectum, unde  
 anxietas pectoris, punctiones ac dolores grava-  
 tivi; tum etiam ad febrim. Quoad sangui-  
 nem collectum dissolvendum & expectorandum  
 exterius adhibui decoctum lactis cum Melilot  
 flor. Chamomill. ana M iij. Marrub. Anethi ana  
 M ij. quod comprehensum aliquot vesicis bubu-  
 lis per vices calidum Epithematis loco partibus  
 dolentibus applicare iussi. Interius primo diebus  
 aliquot matutino tempore pinguedinem huma-  
 nam (quam tum temporis à recenti corpore hu-  
 mani sectione copiosam in præcipuo habui) in  
 jusculo cerevisiæ ad unc. 5. ebibendam dedi,  
 quo remedio dolores & punctiones interne le-  
 nebantur & sanguis concretus ad exitum præ-  
 parabatur, ita ut consequenter per tussim &  
 foreatum concreti sanguinis frustra copiosè, &  
 satù cum facilitate rejicerentur. Quo ad fe-  
 brim, alvum lenientibus medicamentis apertam  
 retinui, & præterea medicamenta & alimenta  
 convenientia contraria præscripsi. Pro potù  
 igitur concessi Aq. bord. ℞ ss. cum syr. Violar.  
 acetosif. citri, de liquirizia ana ℞ j. conserv.  
 Rosar. ℞ ℞. M. & F. Iulapinum, ut febrilem ca-  
 lorem corrigerem & pectus quoque lenirem:  
 exterius cum aceto vini & aqua rosacea spiritus  
 frequenter recreare conatus sum, ne natura in tã  
 gravi affectu fortè succumberet, quo sine Citrù  
 cum saccharo præparatù sæpius etiam exhibui.

Quamvis autem febrilia symptomata remitterent, nihilominus 24. Aprilis sopor quidam præter naturam, & vigilandi quaedam impotentia successit, quod postquam vidi, statim id allaborandum esse duxi, ut quo ad fieri posset, materia à capite revelleretur & somnus p. n. impediretur, quam ob causam primo præscripsi clysterem, qui ex Viola, i. e. Chamomil. Lactuca ana Mß salvia, Beton. ana Mj. Centaur. min. Mij. Parietar. Mj. sem. lini ℥is. Coq. in sq. aq. ad ℥x post colatur. apud Cass. extract. præ clyster ℥ß. Mass. pil. aurear. ℥. ol. Anethi, Violar. ana ℥j salu ℥i. M. & F. Enema, quo injecto aliquoties alvū deiecit, sed operatione medicamenti absoluta sapor ille rediit, quapropter frictions & ligaturas pedum instituo, quibus continuatis per noctem subsequentem à periculo hoc symptomate juvenem hunc Dei gratia liberavi: quid enim ex ejusmodi sopore fuisset expectandum, quilibet facillimè colligit. Interim dum hæc peragebantur circa sinistrum humerum, ibidemq; circa articulationem brachij cum scapula, ut etiam circa spurias costas & femoris superiorem partem ejusdem lateris contusionem quæ andam factam fuisse depræhendendo, tam ex tumore dictorum locorum p. n., quam etiam ex dolore partiumq; impotentia, Esi verò quasdam inunctiones hic suaderet Chirurgus, qui vulnus capiti tractabat, mihi tamen

Contusiones  
quomodo fuerint tractandæ.

convenientius videbatur emplastrum exsiccan-  
 tibus & absummentibus, ac tendones ac nervosas  
 partes confortantibus adhibere, quod Germani  
 nostri *Dü rband* vocant, ex *sarin. sabarium.*  
*molendin. bolo arm. symphyto majori & simi-*  
*libus,* quo continuato partes dictæ confortate  
 fuerunt, ita ut alijs remedijs opus non esset,  
 quemadmodum eodem remedio in dextrâ ma-  
 nu cõrta quodammodo respectu pollicis commo-  
 de quoque utebamur. Post octiduum sciri cu-  
 rata symptomatumq; gravibus correctis suspicio e-  
 rat adhuc de sanguine concreto, quam ob cau-  
 sam aliquoties pulverem ex ijs quæ sanguinis  
 grumos dissolvunt, ut sunt, oculi cancr. præp.  
*tub. tinct. sperm. ceti & similia* adhiberi & su-  
 dorem provocari, simul eò respiciendo ut conve-  
 nienti diæta vires admodum collapsæ reficeren-  
 tur. Quæ ratione præter spem multorum in-  
 tra 14. dies juvenis hic perfectè convaluit, Dei  
 singulari providentiâ, cui laus & honor in æ-  
 ternum. Ex hoc casu singulari sua sponte  
 pullulant problemata quadam notatu digna,  
 quæ tuo iudicio, vir Clarissime, subjucio: quid  
 mihi videatur breviter subscribam, pro ut illud  
 jam penne succurrat, dum hic Lipsiæ (absens à  
 mea Bibliothecula) operam medicam ægrotan-  
 ti cuidam femine primariæ præstando, tanquam  
 hospes vivo.

Problema.

I.

Ergò primò queritur, cur juvenis hic citius inebriatus ὕπνοβόητος vel somnambulonem egerit, quam alio tempore, quod multis accidit? An quia spirituum perturbatio, propter pravas exhalationes ascendentes facultatem dyjudicandi sefellit, ita ut phantasia bono quodam apparenze commota neglectu alijs circumstantijs citius partes motui destinatas ad motum incitaret, adjuvante spirituum agilitate per copiam exhalationum introducta? Ut enim ebrj vigilantes adhuc sapientia contra rationis praescriptum ea peragunt, quae phantasia imperat, quae tamen sobrijs non aggredierentur: ita multo magis ipsam dormientibus hoc accidere posse verisimile est, tum quod per somnum cerebrum magis repleatur & spiritus magis conturbentur, tum etiam quod intelligendi facultas veraq; dyjudicandi potestas tunc temporis magis quiescat. Hinc etiam tot actiones per somnia nobis recurrere videntur, praesertim bene potu, nisi omninò copia vaporum cerebrum quasi sepultum sit.

Problema

II.

II. Queritur, cur tanta celeritate juvenis hic dormiendo ambulans fenestram altiore[m] ascenderit: An quia somnambulones omnia intrepidè audent & loca periculosa saepius ascendunt propterea quod vis discernendi vaporum caligine consopita quasi jaceat unde incogitantia praebet audaciam, quam

*spirituum constantia adjuvat? Nam quemadmodum phrenetici in suis actionibus sunt vehementissimi: quicquid eorum apprehendunt, firmiter sibi retinent, propterea quod operatione intellectiva destituti sola utantur phantasia, qua hoc unicum peragendum esse censet, unde maxima spirituum copia ad partes apprehensionis inservientes à phantasia mittitur: sic etiam somnambulones frequenter ob aestimativam quiescentem periculosa loca ascendunt, periculi magnitudinem non perpendentes, adq; præstant firmiter, quia phantasia huic unice operationi tantum intenta est. Hinc etiam fit, ut nomine proprio vocati, cadant, ut pote quod ipsis admodum familiare phantasia alio revocat, unde consequenter à somno excitantur, & excitati magnitudinem periculi cognoscunt formidare incipiunt, ac dissipatis spiritibus, atque alio revocatis facultatibus debilitati cadunt & periclitantur.*

III. Queritur, Cur dormiendo delapsus juvenis minus fuerit læsus? An quia periculum tantum non fuit animadvertit? Est enim jacula prævisa minus noceant, non tamen illud ipsum hic procedit, quia vigilantibus ita prolabantibus ex consternatione & timore vehementissimo spiritus omnes intro ad principium suum recurrunt, unde partes externæ

Problema  
III.

magis debilitantur, & citius impressiones alie-  
nas p. n. sentiunt: talis autem consternatio &  
timor non adsuit dormienti. Quid si dice-  
rem, resistendi conatum non fuisse in dormien-  
te, quam ob causam decidens primo pedibus ter-  
ram attigit ( quod latio plantarum superficialis  
testabatur ) consequenter autem reliquis articu-  
lis non intensis & resistentibus, sed laxatis, sta-  
tim in sinistrum latus decubuit. Quod si vigi-  
lans fuisset, intensis articulationibus eo fine ut  
violente resisterent, vehementior fuisset im-  
pressio: pro ut enim resistentia major est, ita et-  
iam actio redditur vehementior.

Problema.  
IV.

IV. Si à vehemente imaginatione  
per somnium fit *ἡχθῶσις* quaeritur cur  
actorum hic noctambulo fuerit oblitus.  
An quia diverse sunt operationes phantasiae,  
& memoria, ut citius fiat specierum compositio  
à phantasia, quam earundem tali vel tali modo  
compositarum à memoria conservatio! Unde cum  
tota anima non admodum sit intentata his actio-  
nibus, obliviscuntur plerumque eorum quae acta  
sunt, quemadmodum vigilantes interdum obli-  
viscimur earum actionum, quas sine insigni in-  
tentione peragimus. Etsi verò praesens juvenis  
suae actionis nullam haberet recordationem pri-  
mi diebus: restitutus tamen confitebatur, se eam  
nocte (in qua lapsus accidebat) somnium habuif-  
se, quod ad abitam omnia prepararit, & cur-

rum celeriter ascenderit, ubi phantasia sefellit dormientem, ut ad fenestram ascendendo cursum se ascendere putarit. Neferunt enim species illa firmiter in imaginatione, quia in mandato eidem datum erat, ut summo mane surgeret & necessaria ad iter prepararet.

V. Queritur, unde post lapsum impotentia vigilandi & per consequens Le- Problemata  
V.  
thargus incipiens fuerit? An à pituitosis humoribus in cerebri regione putrescentibus, per contusionem ibidem sorte collectis, quod sanguis primis diebus ex aure sinistra profluens testabatur? Hinc igitur cerebri imbecillitas, unde pituitose exhalationes principium nervorum continuo affecerunt, ita ut facultates ad sensum inepte reddite fuerint.

VI. Queritur, quomodo dictus æger à Problemata  
VI.  
tot gravibus affectibus complicatis, feбри videlicet, sopore p. n. lipothymiis frequentibus, summaque totius imbecillitate tam cito vires recuperare potuerit? An quia hac symptomata omnia non ex causis morbificis longà serie propter partium imbecillitatem & concoctionū depravationem, quod frequenter accidit, generabantur, sed subito, propter lapsum in speratò accidebant? Ergo cum vires & respectu juvenilis ætatis fortiores nec præcedentibus morbosis dispositionibus absumptæ essent fieri potuit, ut citò sanitas pristina recolligeretur. I 5 Que-

Problema  
VII.

VII. *Queritur, Cur in articulorum con-*  
*fusionibus & luxationibus potius cata-*  
*plasmata, quam inunctiones approbave-*  
*rimus, praesertim in principio? An quia*  
*inunctiones faciunt ad pororum obturationem,*  
*nec eam exiccandi potentiam obtinent, quam a-*  
*lia medicamina? ne igitur impedita transpi-*  
*ratione materia potius colligatur, quam dissi-*  
*pat, ideo ab inunctionibus abstinendum puta-*  
*mus, potissimum in principio, cum copia major*  
*affluit. Adde quod illa cataplasmata ex exic-*  
*cantibus & discutientibus, id quod influxum est,*  
*absument, quae vero affluit, impediunt. Haec*  
*sunt, quae raptim de hoc casu Tua dign. reserre*  
*volui. boni consule & me, quod facis, ama.*

Dabam Lipsiae Τέχξιου calend. Maij

Anno 1608.

RESPONSUM

*De somnambulonibus & nonnullis alijs*  
*qui ab alto ceciderunt absq; mag-*  
*na laesione*

Ad Autorem.

GREGOR, HORSTIVM  
Philos. & Med.

Cui

Guilb. Fabricius Hildanus  
S. P. D.



**R**esponsum tuum doctissimum ad observationem meam de Gangrena tibi inscriptam, vir undequaque clarissime, & amice plurimum honorande, accepi. Placuit omnino, illudq; observationi annexi. Accepi quoque observationem tuam de somnambulone, (eleganter sic à te, non autem ut ab alijs Noctambulone vocato) raram profecto, & annotatione dignam. Quod T. Excell. ipsam mihi inscribere dignata sit, ex eo summa sua me humanitas ac benevolentia elucescit. FAXIT DEVS OPT. MAX. ut aliquando offiijis, beneficijsq; respondere possim, Problemata & nodos, quos ex prescripto casu proponis, tu ipsemet tam doctè ac perspicuè solvi, ut mihi opus non sit noctuam Athenas ferre. Ne tamen omnino nuda ad te iustam Epistolam, addam exemplum unum aut alterum de somnambulombus, & hi qui ex alto absq; Lesione insigni ceciderunt, convaluerunt.

I. Quidam in agro Neapolitanensi ad fontem Andrea, Pierre Galantier nomine, vir probus ac robustus, & optimo corporis habitu praeditus, & quadragesimum annum aetatis agens, cum anno 1605 Neapolim ad lacum N. odunensem, amicos invisendi & nuptias celebrandi causa profectus esset, & quadam die in convivio prater voluntatem ad compotationes compelleretur, urgereturq; effugit & se in cubiculum quoddam secunda contrignationis domus, quo compotationibus superfluas effugere posset, abscondidit.

Historia de quibusdam somnambulombus.

Circa mediam noctem, cum gravi ac profunda somno correptus esset, ac se ex convivio effugere & viridarium ingredi velle somniaret, è lecto surgens fenestram ascendens, indeq; in terram cecidit. Mox à somno expergescens, ejulat & clamoribus suis domesticos excitat, qui accurrentes ipsum semimortuum in hypocaustum transferunt. Vocato ejus loci Chirurgo, nulla deprehensa fuit læsio præter quàm quod cutis circa talos ad murum ex parte abrasa fuerat. Hic itaq; emplastrum applicatum, inunctis item lumbis, & venâ in cubito sectâ, intra paucos dies sanitati restitutus fuit, & ad hunc usq; diem sanus & incolumis vivit. Non enim adeò præcedem, quùm in agrum Neocomensem ad nobilem virum Dn. J. Iaiam Horicæum vocatus essem prædictum Petrum Galantier ipsemet vidi, & illa, quæ acciderant, ab ipso, præsentem nobili viro, excepi atque annotavi. Ab eo tamen tempore nunquam simile quid sibi accidisse, affirmavit.

II. Idem nobilis vir HORICÆVS mihi retulit, se ante annos 20, in ditione Episcopatus Basileensis, paginam somnambulæm cognovisse, illamq; noctu surrexisse, & dormiendo rem familiarem administrasse, imò & aliquando in campos ad operarios expatiam fuisse. Idq; se suis oculis vidisse mihi affirmavit.

III. *Lustriaci* propè *Lausannam* ad lacum *Lemannum*, civis quidam 28. annorum aetate, à juventute somnambulonem egit. Qui cum puer adhuc esset, frequenter noctu dormiendo è lecto surgebat, & per ades ac plateas ambulabat, vociferabatur, ac distinctè loquebatur. Id quod à multis visum & observatum est. Qui huiusmodi adhuc perageret, nisi uxor ejus illum coerceret, noctuq; retineret. His tamen mentis nunquam usque aëdò composuit.

IV. Antè annos 24. cum apud præstantissimum Dn. *COSMAM SLO TANVM* præxin Chæurgicam exercerem, vocati fuimus ad puellam, trium circiter annorum aetatis, quæ ex suprema domus altioris contignatione, in pavimentum lapideum decidit, cujus cerebrum aliquomodo commotum concussumq; fuerat, unde statim vomitus cibi indigesti subsequutus. Slotanus accersitus, abrasis crinibus totum caput ad tertium usq; diem oleo rosar. inunxit, pulverem rosar. & Myrtilloz, inpersit, & Enemata exhibuit. Tandem etiam capite per dies aliquot inuncto oleo jno è floribus, ægra convaleuit.

V. Eodem anno vir quidam pius & magni nominis Medicus, nec non amicus meus singularis, divinitus servatus fuit. Cum enim obscura tenebricosissimaq; nocte, à montem quendam in quo sodina carbonum fossilia erant plurima,

eques

equus transfret, ac parvum à via recta deflecteret, tua cum equo suo in sodinam viginti cubitos, (si rectè memini) altam, cecidit. Sed quia sodina ista adeò angusta fuerat, ut homo solus tantum non descendere posset, equus in medio tantummodo fixus ac harenis remansit. Famulus cum Dominum suum adhuc viventem intellexisset, protinus iterum, equum suum conscendit, & summa, qua potuit, festinatione, rusticus è proximo accersit p̄ ego, qui secum vestibus, omnibusq; necessarijs allatus, virum istum plane illisum è sodina extraxerunt, equo tamen mortuo. Hicce vale, Vir Amplissime, & diu feliciter vive. Paterniaci Aventis, 14. Julij 1609.

*Ad Decados III. Questionem  
oetavam.*

Horrendus interdum affectus est sanctum in febris ardentibus, quam ob causam in praesentia pro complemento ad questionem de linguae inflammatione miraculosam historiam subsequenter annotare lubet, quam anno Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo in publicis praelectionibus ex ore dictanti Praeceptoris & Patris nostri honorandi, Dn. D. Jacobi Hortii, Profess. in Academia Julia primarij p. m. excepimus, in comm. lib. Hipp. ωρεϊ π̄θεωσ, cap. de partium sub lingua inflam

obser-

## OBSERVATIO.

*Lingua per putrefactionem ad radicem usque corrumpitur, & semestri vicissim sufficientem integritatem nanciscitur?*

Filius Secretarij Illustriss. Ducis Brunsvicensis laborabat una cum fratre variolis, pater Chirurgi opera vitator, praesertim cum puer de dolore faucium conquereretur. Chirurgus ratus variolas nimis copiose patrescere in lingua, gargarismo utitur, & subinde magna frustra ex ore aufert. Puer tandem obmutescit, nec cibos, nisi liquidos, deglutire potest, quam ob causam parens sollicitus ad me venit, & filij variolis periculose decumbentis, utiq; putrescentibus in faucibus, ut prorsus mutus puer sit redditus, curationem petit. Absens in medium consulo (quia propter Illustriss. Juniores principes accedere non liquit) & admonco tum ipsum Patrem, tum etiam Chirurgum, quem secum adduxerat, ut uvula rationem haberet, ne per redire absumpta loquelam adimeret. Secunda die ad me redeunt uterq; & uvulam jam perisse referunt. ego perterritus patri suasi, ut alium quoque Chirurgum adhiberet, & tum gargarismo, tum etiam linimento ex Rosinicum & melle rosato mixtis cum aq. prunellae partes exulceratas sanarent,

Tertia

Tertia die pater & novus Chirurgus rediunt, linguamq; putredine totaliter absumptam pronunciant, atque tunc veniam dimissionis mihi data accedo, puerum septem circiter annorum prorsus mutum & iusculum aliquod sorbentem invenio: paulo post os apertum intueor, linguam plane absumptam usq; ad radicem video, atque in radice magnam putrefactionem sanie conspersam deprahendo. Gargarismos, quibus satè commodè Chirurgi utebantur, continuare jussi, & suasi ut unicum remedium adderent, scilicet linimentum nostrum quod recipit pul. flor. Malvæ arboreæ. Vnc. dimid. Balanit. drach. ij Aluminis drach. dimid. Cum melle despumato q. s. & M. f. linimentū molle. Planè enim mihi persuadebam hoc exulcerationem exiccari & carnem aliquo modo à naturâ in puerili corpore restitui posse. Sex mestrî post in aulam reversus, & sollicitus de hoc puero, patris aedes acceffi, & quæ tunc aderat, matrem interrogavi de statu filij, quæ de Scholâ domestica eundem advocat iterum satè expedite loquentem: ore aperto linguam integram, quæ de novo creverat, sed paulo minorem invenio, quæ hodie annis circiter tribus ad justam magnitudinem pervenisse dicitur.

## AD DECADOS IV.

## Questionem I.

## Observatio

De ligamenti sub lingua periculosa  
sectione,

GUILIELMI FABRICI, Medici  
& Chirurgi experientis, & Rei-  
publ. Paterniacensis  
Ordinarii.

AD AUTOREM

G. H. D.

**S** Nulla Chirurgo committitur operatio, Am-  
plissime atq; amantissime Dn. Horsti, quã  
vulgus magis floccifacit, atq; sectionem li-  
gamenti sub lingua. Ita etiam ut obstetricibus  
ut plurimum committatur: quã ligamentum  
hoc digito abrumpere solent: quod mihi tamen  
non probatur. Sapissime enim vicinas partes si-  
mul lacerant, atq; disrumpunt hinc dolor & in-  
flammatiõ, ita ut pueri lac sugere non possint:  
siantq; morosi; extenuentur atq; debilitentur.  
Prudenter itaq; hac in operatione agendum est;  
neq; spernenda, etiam si minima omnium vi-  
deatur. Inprimis autem explorandam conve-  
nit, num ancyloglossus operatione hac indigeat,  
nec ne. Multoties enim pueri aliam ob caus-  
sam quã propter vinculum sub lingua, vocem

Observatio & historia singularis.

articulatam exprimere nequeunt: nullog, ligamento lingua annexa est. In his sectionem periculosam esse; sequens exemplum demonstrat. Rustici cujusdam hic in vicinia à Corselles, Peter lieux nomine filius, duorum annorum aetate, superiori mense Majo 1608. ad ades meas adductus fuit: idq; ad eum finem, ut ipsi ligamentum sub lingua solverem. Quandoquidem abscisso ligamento linguam officio suo fungi, infantemq; brevi sermonem proferre posse, plane sibi persuasum habebant parentes. Porro aperto ore & elevata lingua, qua crassa valde erat, nullum inventum est nervosum vinculum. Quamobrem parentes cum infante remissimè, manumq; adhibere recusavimus. Post mensem venit Empiricus, seu circumforaneus cui adductus fuit infans. Is linguam mediante ligamento nervo durissimog, annexam esse, parentibus persuadebat; Et dummodo pecuniam solvere vellent, ut infans brevi sermonem ederet, facillimè se efficere posse audacter ipsis affirmare ausus est. Numeratur pecunia: in sinum cujusdam matrone collocatur infans: Tum impostor linguam ex utraq; & anteriori parte altè (ut mihi ab astantibus relatum fuit) separavit. Sed quid sit & puer iste, qui prius erectè incedere poterat, in ipso momento, maximis & horrendissimis prius sublatis clamoribus contrahitur: ita ut genae versus inguina, & brachia versus pedes retraherentur. Caterum quia dolores continui,



hūi, & medicamenta adhibita non essent, valde extenuatus atq; debilitatus fuit infans: nunc tamen aliquo modo melius habet. Heri enim 28. huius mensis Iulij, ipsum unā cum doctissimo viro Dn. Emanuele Virtilio, artium liber alium Magistro convictore meo, aliisq; ex meis domesticis adivi; Et ea quæ jam recensere duxi ex parentam astantiumq; relatū excepi. Huc usq; ut & antehac, ne verbū quidem proferre potest. Crura brachiaq; adhuc contracta sunt: quæ ubi vi extendantur protinus iterum contrahuntur; sed non adeo ut antehac: nullog; modo incedit. De dolore tamen non usq; adeo conqueritur, & appetitus rediit, ita ut paulatim vires resiciantur, Lingua crassa, caput verò totaq; constitutio corporis Phlegmatica est. Ego, quia pauperes, opem meam ipsis obtuli: si accesserint, faciam quicquid in me erit, & libenti animo exitum præstolabor. Rarus enim est casus, cui similem mihi nunquā observare contigit. Ideoq; eò magis T. Exc. illum cōmunicare mihi visū fuit, quod huiusmodi rebus summopere eam oblectari scid.

Denique de anizloglosu inter cætera exemplum quoddam peculiare referre possum, quod hic adscribere T. Exc. forsā non ingratum erit. Eū mihi frater uterinus, qui in sua infantia admodum valetudinarius fuit. Inter cæteros a morbos quibus obnoxius erat, ad quartū usq; annum ætatis, ne verbū quidem edere potuit. Ego cum

Observatio singularis aliæ.

Modus sectionis.

apud Chirurgum quæ idam Præcticum versaret, & singulis serè diebus sectionem hujus ligamenti feliciter administrare viderem, cum die quadam paternos lares visitassem linguam ejus inspicere placuit. Tum mediante ligamento crasso spissoq, linguam adeo annexam reperi, ut vix ipsa dentes anteriores attingere posset. Ego ea, quâ potui, diligentia ligamentum hoc abscidi, posteaq, singulis diebus ter quaterq, locum affectum melle rosaceo inunxi. Duobus mensibus à primâ abscissione, ligamentum aliquomodo iterum annexum inveni: quapropter eodem modo ut prius processit. Res, Dei beneficio, ita feliciter cessit, ut brevi loqui inciperet, tandemq, & hucusq, laus Deo vocem optime proferre, & articulate posset. Vacat autem omni periculo hæc operatio: dummodo rectè administretur: præcipuè autem prospiciendum convenit, ne nimis profunde incidatur: Ego elevata lingua apice forficum ligamentum ut plurimum in duobus, nonnunquam etiam in tribus locis incido, sic enim difficilium coalescit denuò, quàm si uno tantummodo loco incisio facta esset. Incido autem saltem quicquid nervum est, ita ut carnem vix attingam. Quod si primâ vice non satis abscissum aut iterum annexum fuerit, poterit postea eadem operatio denuò administrari. Inciso ligamento, jubeo ut nutrix sæpissimè digno melle rosaceo, (aut communi)

mani) madefactio linguam blandè eleuet: Sic enim agglutinatio atq; consolidatio impeditur. Hæc ad de scribendi, vir amplissime atq; amantissime, problemata tua medica undiquaq; doctissima, quaq; maximè cum voluptate legi, ansam mihi dederunt. Vale ex Musæolo nostro Mubaonico 29. Julij 1608.

## AD DECADOS V.

### Quæstionem I.

Idem.

GUILIELMUS FABRICIUS,  
Ad Autorem.

**P**roblemata tua doctissima, amplissime atq; clarissime Dn. V. Horstii, gratissima mihi suere multamq; eorum lectio me oblectavit. Perge, quaeso, sic scriptis familiam ornare & facies rem multū gratissimam, atq; utilissimam. Quod in ijs honorificam mei mentionem feceris, immortales ago gratias: inde humanitatem & in me benevolentiam tuam agnosco. Ad nonnulla horum problematum libenter exempla tibi communicarem, sed occupationes nunc ongas scribendi epistolas, non concedunt: dabitur forsitan posthac otium atq; occasio: addam tamen unum aut alterum. Quæstione i decad: quinta, non absq; gratissimè causis in syncope acc-

Observatio, de quadam muliere, quæ ab aceto abhorruit.

Sal optimum remedium in Syncope.

Observatio de Syncope per imaginatiōem oborta.

tum cum distinctione admovendum, rectè scribitur: Et tecum consentio, sed mirum forsitan tibi videbitur, quod nunc subnectam. Matronam piam atq; honestam cognosco Lausanna, viduam Dn JOACHIMI ROHAUT, olim pharmacopæi. quæ acetum ad se aversatur, ut ex solo ejus odore in Lipothymiam & Syncope incidat. Ideoq; ex ipsius culinâ planè proscriptum est. In Lipothymia cum ex resolutione spirituum, tum eorundem oppressione, Sal præstantissimum esse remedium, si Labra eo fricentur, aut ager id mastica verit, ausus sum affirmare: milles enim in his quibus vena incidenda, aut incisa fuerat, cum fructu observavi: neque ullum hæcenus remedium inveni, quod citius effectus suos edat. Ceterum admiratione non vacat quod sæpius hi qui adstant, cum alicui vena inciditur, Lipothymia & Syncope corripiantur. Imò & nonnullos vidî homines, qui ex solâ imaginatione atq; cogitatione alicujus horrendi facinoris Lipothymia correpti sint. Exemplum unum non vulgare annexam. Anno 1588. Genève in Sabaudiam ad nobilem quendam vocatus, quum in via simulus ipsius nobilis, qui me ducebat eques, ad latus mihi esset, ac ego de miserimo ac deplorando statu militum Germanorum, quorum mentio fit in tractatu de gangrena & sphacelo, narrarem, & eorum vulnera, & ulcera describerem.

scriberem, ex solâ narratione historie ipsemet  
 famulus lipochymia correptus fuit, adeo ut pa-  
 ram absuerit, quin ex equo in terram proster-  
 neretur. Ego una manu apprehenso freno du-  
 ctoris mei semimortui, alterâ frenum equi  
 mei, equos ambos retinui: & anxius animo,  
 cum nullum mihi ad manus esset aliud reme-  
 dium, urinam propriam manu excepti, eamq;  
 in faciem ejus immisi, quin etiam labia eâ fri-  
 cui. Hinc paulatim recollegit vires, & me-  
 cū ad nobilē perrexit, ubi cum quid in via nobis  
 acciderat, narrassem, mirum in modum ipsum  
 deriserunt domestici. Plura non licet. Cla-  
 rissimum Dn. Doct. LENTULUM tuo no-  
 mine salutavi, qui te vicissim ex animo salvare  
 cupit, & omnia humanitatis officia tibi offert.  
 Appollonia Schreera, quæ per multos annos in-  
 ediam passa, cujus tu mentionem facis Decade  
 quinta, adhuc in eodem statu, ut tu illam vidi-  
 sti, vivit, nec ulla intervenit mutatio. Vale

Vir amplissime, & feliciter vive, diu,

meq;, ut facis, ama. Paternia-

ci Arenticorum 20. Ju-

ly An. 1608.



## AD DECADOS VI.

## Questionem, X.

CASPARUS BAUHINUS D.  
Anatom. & Botan. Prof. Basileensis, &  
Illustrissimi Duc. VVirtembergici  
Medicus celeberr.

GREGORIO HORSTIO Med. D.  
& Professori in Academiâ  
Giessenâ.

**S**uis elapso Septembri Giessæ dati, Vir Cla-  
rissime, utrum responderim revera igno-  
ro: ut ut sit, tibi de Professione gratu-  
lor, & omnia felicissima precor. Quod concer-  
nit casum, de quo scribis, dubitandum minimè  
est, quin omentum fuerit, in quo tumor & sa-  
nies collecta fuit; hoc docere potest ipsius pri-  
mum connexio cum fundo ventriculi, cui ala  
vel membrana superior adnascitur, vel potius  
inde producitur, quemadmodum ala inferior à  
colâ membrana: docet hoc etiam ipsius forma  
Marsupio aucupario similis; item ipsius substan-  
tia partim membranosa, partim glandulosa.  
Quæ causa fuerit querit? Cum plurima vasa  
per omentum ferantur, ex vasis reseratis sensim  
materia inter has tunicas effundi & colligi po-  
tuit. quæ nisi membrane crassiores fuissent, in  
abdominis capacitatem fluxisset: & quia pin-  
guedo,

Causa ge-  
perationis  
in omen-

19.

guedo, quæ ei adnascitur, canosa & putrescibilis est, non mirū saniein sordidam adsuisse. Hæc sunt, Vir Clarissime, quæ ad tuas respondere debui: his vale & salve. Basileæ octyus XIX. Decembr. 609.

GUILIELMVS FABRICIVS  
 Medicus & Chirurgus Paternia-  
 censis experientissimus  
 ad eundem.

**S** Tue, vir Amplissime, 12. Septemb. Giesse data, 19. Octob. ad me perlata suere, quæ gaudio maximo me affecerant, præcipuè illam ob causam, quod Deus opt. max. nos propius conjunxerit, & T. Excel. in florentissimam Academiam constituerit. Faxit Deus clementissimus, ut vocatio illa tua ad ipsius gloriam, ædificationem proximi, imprimis familie Medicæ utilitatem, tuiq; salutem plurimum conducat. Caterum quod casum de monstroso omento communicatum attinet, u multum mihi placuit: est enim profectò rarus, nec unquam mihi similem videre contigit. Superiori tamen anno Bernæ matronam quinquagenariam, robustam, sanam, obesam & pinguem valde invisi. Illa ante multos annos in difficili partu relaxationem umbilici contraxerat, ex qua rupto peritoneo & relaxato abdomine paulatim hernia planè monstrosa facta fuerat, quandoqui-

Observa-  
 tio de tu-  
 more o-  
 menti.

dem magnitudinem uteri, qui fetum maturum gestat, tumor iste superabat: venter nihilominus suam servabat proportionem. Porro tumorem huncce ex omento prolapsa & sensim in istam magnitudinem aucto prognatum fuisse verisimile mihi videtur: absque dolore enim, tactuque molli & undique equaliter erat: colore à naturali non discrepabat: murmur nullum persentiebatur, ut in hernia sit intestinali: in ventrem retrocedebat nunquam, etiamsi alvum exoneraret, vel in dorsum agra decumberet, sed semper in eodem permanebat statu. Ex quibus apparet fuisse omentum, idque in illam molem & magnitudinem auctum.

Sed hæc obiter, quæ si non probabilis, verisimilia tamen esse videntur. De generatione vero tumoris omenti, cuius mentionem facis, nescio quam aliam adferre debeam causam, præterquam illam ipsam, quam tu quoque statuisti. Ludit enim aliquando natura, ut plus nutrimenti ad partem aliquam, quam pro sua nutritione opus, amandat. Hinc excrecentiæ præternaturales & aliquando monstruosæ fiunt. Ante annos enim quatuordecim D. N.

GATFFONIUS, Chirurgus præstantissimus, olim Præceptor meus fidelissimus Lausannæ cuidam viro robusto & optimo corporis habitu prædito excrecentiam ad homoplatam dextram viginti sex librarum pondere, præsentè Domino

Clau-

Causa generationis tumoris omenti.

Observatio de excrecentia ad homoplatam.



Claudio Auberto apud Lausannenses Doctore Medico celeberrimo, multisque alijs exiit. Convaluit homo iste, & forj. in huc usque vivit. Tota autem excrescentia ista prater membranas nonnullas ad ignem in pinguedinem optimam & ad usum idoneam resoluta est. Causam materialem hujus tumoris putasne esse sanguinem aereum, ibique per venas copiose exudatum, & à debili istius partu calore in adipem conversum? Scâ finem facio, Deumque suppliciter oro, ut tuam Excel. ad republ. utilitatem diu conservare dignetur. Catalogum virorum doctorum Academia vestra accipi, quos omnes ut ille, qui fons est omnium scientiarum Spiritu suo magis magisq. illustrare, & in malos annos incolumes serrare velit, oro & efflagito: quaso, ut illos omnes meo nomine demissè salutare non graveris. Vale vir Amplissime, & me, ut facis, amare perge. Paterniaci Aventurorum 21. Oct.

Anno 1603.

## AD DECADOS VII.

### Questionem VI.

**C**um presens questio quodammodo de Scoro  
 Choro tractet, non inconveniens nobis vide-  
 tur,

tur, ea quæ sequuntur, annectere, cum non parum lucis huic doctrina adferant.

GREGORIUS FABER, Phil. &  
Med. D. & Illustriss. Duc. Saxoniz  
Archiater experientissimus,

GREGORIO HORSTIO,  
Phil. & Med. D.

**S** Miraberis fortassis, Clarissime & Excellentissime Dn. Doctor, miraberis inquam, quid causa sit, quod ignotus ego, ad te facis quidem mihi pariter ignotum, scriptis vero, eruditisque lucubrationibus undiq; notissimum scribere sim aggressus. Verum enimverò mirari paulisper desine. Duplicem habeo causam, unam publicam, alteram privatam. Illa est, quod ab ineunte serè etate mihi semper magna fuerit cupiditas, tam in exteris quam nostris regionibus cognoscendi & compellandi viros doctos, & inter eos te nunc vel maxime præstantissime Horsti, quem recondita quaedam eruditio, inclytiq; ac famigerati nominis celebritas conspicuum mihi fecit: hæc vero, privata scilicet, casum concernit medicum, cujus arbitram te mihi exopto atq; deligo, &c. Res vero, ut ad rem ipsam deveniam, sic se habet: Matrona quaedam honesta anno supra Millesimum sexcen-

Proponitur casus  
Medicus.

sexcentesimo sexto circa veris initium de ni- Signa Scorbuti.  
 mia pectoris angustia, de dolore & inflatione se-  
 nistri hypochondrii, interdum etiam de intensis  
 crurum pedumq; lancinationibus & convulsio-  
 nibus adeo caput conquerebat, ut pro doloris magni-  
 tudine maximè sub noctem, quò se verteret ne-  
 sciret: inter eundem & movendum quoq; diffi-  
 culter respirabat; urina erat valde crassa, ru-  
 bra, turbulenta cum pingui superficie & sedi-  
 mento surfuraceo vel sabuloso: pulsus vero sem-  
 per debilis & inaequalis existebat. Verum inter  
 hæc incommoda gravida illa foetum gestabat u-  
 tero. Quo animadverso, de medicamentis tutò  
 exhibendis diu multumq; cogitabam, atq; etiam  
 subdubitabam, sperans fore, si propitia Lucina  
 finito gestationis tempore convenienti modo fe-  
 tum excluderet, omnia tunc commodiori via  
 posse institui ac perfici. Et, ut verum fatear,  
 de Scorbuto, morbo hæcenus apud nos insolito  
 & incognito, mihi nihil unquam tunc venerat  
 in mentem. Interea legitimum pariendi tem-  
 pus accedit, filiolumque vivum & valentem in  
 lucem feliciter edit. A partu vero symptoma-  
 ta illa, quibus antehac tam graviter erat con-  
 sultata, remittebant, seseq; meliuscule aliquan-  
 diu habebat, ita ut de integrè recuperata sani-  
 tate spem conciperemus haud exiguam. Paulo  
 post cum Illustrissimo nostro Principe mihi Co-  
 burgum proficiscendum, ibique propter vena-  
 tionem

Curatio  
Scorbuti.

tionem æstivalem integrum bimestre subsistentem est. Dum ita abssum, en literas accipio, quæ recidivam omnium istorum symptomatum, quæ supra recitata sunt, mihi denunciant, quibus accesserant adhuc alia, macula seu litura nimirum in cruribus, pulicum morsibus haud dissimiles, gingivarum absorptio & putrescens, cum intolerabili dentium dolore & gravi fatore oris. In ego nunc cognitâ facili negotio de certo morbi genere confirmatus sui. Quare nullâ interpositâ mora medicamenta ipsi præscribo ex herbis & radicibus incidentibus, attenuantibus & morbo huic appropriatis, non neglectâ etiam convenienti evacuatione, sanguinique missione. Quibus omnibus ita in mea absentia diligenter usam esse pro certo comperi. Brevi dehinc rediens offendo illam nihil aliud post usum istorum medicamentorum conquerebantem, quam de vehementissimis facium doloribus & exulcerationibus, quas usu acrius gargarismatum & linimentorum ita exacerbatas fuisse serio testabatur. Cum autem valde sollicitus essem hac de re senex quidam Barbitonsor aliorum suâ accersitur, cui rem omnem expono, rogans, ut si quid auxiliij longo rerum usu atque experientia ad propulsandum hoc malum didisset, curationi manum admoveat. Annuit primo, sed statim subjungit, se quidem velle hunc morbum

bum curare, si modo curationi adfentirem: sciscitanti autem de modo & processu respondit: per usum suffumigij ex Cinnabari, auripigmento, alijsq; venenatis, seseque multos ab ejusmodi malis hoc unico medio liberasse & pristina restituisse sanitati satius superciliose jactitans. Ego hoc remedij genere deterritus hominem dimitto, pretendens, me non posse convenire cum ipso de hoc morbo, multo minus cum ejus curatione, propterea quod neque originem, neque causam, neque signa hujus morbi satis cognita atq; perspecta aequè habuerit, ut ego. Quocirca discedente ipso cum gratia, casum hunc refero Clariss. Dn. DD. Medicinæ Cassellani Aulicæ, Dn. D. Hermannæ Wolffæ & D. D. Mosano, fautoribus & amicis meis honorandis, ipsorumq; judicia & consilia super hoc obnixè esslagito, qui sese faciles præbuerunt, mihiq; omnia humanitatis & benevolentie officia liberaliter præstiterunt, ex quibus tandem honesta illa matrona brevi temporis spacio (singulari Dei beneficio) penitus convaleuit, & in hunc usq; diem nihil mali aut incommodi omnino sentit, nisi quod ipsi vox quodammodo immunita, pauloq; lenior reddita sit, verum nihil obstat, distinetè atq; concinne loquitur, cibum potumve absque ulla difficultate & impedimento assumit, &c. Pro quibus beneficium D E O optimo maximo sit gratia & gloria in sempiternum.

Alia histo-  
ria Scorbu-  
tici cujus-  
dam.

Hic ita peractis, quid controversie inter me & veteranum illum tonsorem ex prædicto casu non ita pridem obortum sit intellige. Inciderat in eundem morbum hic Aulicus quidam non infimæ sortis, verum longe vehementioribus & gravioribus epatis & vesicæ fellis obstructionibus corripiebatur. Ad hujus ego curationem vocatus & rogatus, ut quicquid ad valetudinem recuperandam pertinere putarem, nihil eorum missam facerem. Respondi: me quidem ex officio id debere, sed nihil certi de curatione & felici ejus successu posse ac velle promittere, eo quod scirem servandæ diætæ præceptis ingenium suum minimè natum esse, adeoque longo tempore antè, quam decumbere ceperit, de morbo à me diligenter præmonitus, obtemperare noluerit; malum in principio fuisse neglectum, jam vero totum inveteratum: laboraverat enim jam diu sed à oris graveolentiâ, dentium nigredine, atque gingivarum luxuriante quadam putredine, quæ omnia hujus morbi præcipua sunt non contemnenda. Usus autem fuerat aliquot hebdomadibus operâ manuariâ istius Barbitonsoris, cujus supra mentio facta, sed irritò plane conatu & successu. Cùm multum igitur precibus non tantum ægrotus ipse, sed & astantes quidam amici apud me instarent, humanitatis & pietatis officium esse duxi non minimum, vel in desperatis casibus opem non denegare, tum ne

Confirma-  
ti Scorbuti  
signa.

agri deserti, spem omnē & animum abiciant ac miserrimo eventu extinguantur, tūc quia interdum deplorata cadaverosa corpora ad sanitatem redire videmus, omnem ipsi operam & studium ex Christiana quadam commiseratione pollicitus sum, modo ipsemet etiam suum officium facere, meūq; monitus posthac obsequentior esse vellet, quod & se facturum datā dextrā mihi serio promisit. Consideratis itaq; hujus morbi symptomatibus, omnibusq; excusis curationem in nomine Dei aggredior, eiq; medicamenta secundam curationis methodum adorno; quæ nimirū crudos humores concoquant & incidant, concoctos expurgent, semper admiscendo etiam illa quæ huic morbo à proprietate convenire mihi videbantur. Horum usu per dies aliquot continuato ipsemet ager sese allevari ac melius habere palam confitebatur, pedum tumor qui jam invaserat, totus evanescebat: oris vero ulcuscula & gingivarum putrefactio efflorescebant adhuc & quasi incrudescabant. Idcirco à Barbitionore suo persuasus, si nimirum quicquam medicamenti intra corpus assumeret, malum istud oris & faucium sanari nunquam posse, à medicamentis & præscriptā curā sese omnino abstulit. Quo facto miser ille suo suiq; consortio genio & ingenio indulgens in hydropem delapsus intra paucos dies miserè diem suum obiit. Verum non semel sub vitæ finem coram uxore &

amicum multum querelis & lachrimis confestatus est, sibi eventum hunc a me statim in principio fuisse predictum, & se male secisse, quod barbitonsori plus quam Medico fiderit, atque obtemperarit. Ob hujus tonsori iniquitatem Magistratus sui officij admonetur, ne videlicet ejusmodi impostoribus fenestra ad nequitiam aperiat, multo minus hoc tam grande facinus tonsori (& morte piandum) impune relinquatur. Hinc mihi summa Barbitonsori illius invidia & acerbissima injuria, dum non solum famam meam varijs contumelijs & convitijs profcindere, sed & matronam illam honestam, quam Scorbuto laborantem curavi, quod morbo Gallico fuerit infecta, falso traducere audet. Mendacium suum hac ratione defendere conatur: fauces, tonsillas atque ipsam uvulam nullo alio modo ladi posse, quam a lue Gallica, & per consequens illam matronam tali morbo fuisse contaminatam. Quam absurdum & falsum hoc sit vel doctioribus & in arte nostra peritioribus excutiendum relinquo. Annon ex confirmata quadam putrefactione & corruptione gingivarum in Scorbuto finitimae quoque partes serpendo inficiantur & ad ossa usque consumuntur, ut habet thes. 4. Exer. tuae 2. quasi vero non ex quavis acri & maligna fluxione possit palatum quoque ulcere affici, & ejus os erodi, ita ut concidat, quemadmodum Doctiss. ille Italus Baptista Codron,



Codronchius in lib. 2. de vitijs vocū cap. 6. luculenter docet. Cum autem in hoc tam arduo & difficili negotio nullius insuper judiciū atq; consiliū magu exoptē atq; expetā, quam tuū, quippe qui non ita pridem de eadem materia tractatum absolutissimū, mibiq; instar totius alicujus commentarij certē gratissimū cum magno rei literariae emolumento, tuāq; pereximiā laude publicū edisti, majorem in modum ab te peto, vir Clariss. ut si à gravioribus negocijs & studiū tantū respirare liceat, quid factū opus censeas hand invitū rescribas: in te meam observantiam à gratissimo tibiq; deditissimo animo meo certus expectabū. Dabam ocyus inter turbas aulicas Isenaci Calend. Augusti MDCIX.

Clarissimo & Excellentissimo viro,  
 DN. GEORGIO FABRO  
 Phil. & Med. D. & Illustriss. Ducis Sax.  
 Ernesti ac Reipub. Isenacensis Medico  
 meritissimo, amico suo  
 observando,  
 Gregorius Horstius D.

3. Et si, vir Clarissime & Excellentiss. fautor & amice plurimū colende, minimē talē me judi-  
 co, quō

co, qui opinioni, quam Tua Excel. de me concepit κατὰ δὲ δυνάμιν respondeat, utpote qui mihi bene conscius, vulgi pars ultima nostri, pars ultima turba Romana: gratissima tamen Excel. tuae literae fuerunt, tam quod viri celebritate nomini, licet non facietenus, mihi notissimi familiaritatem ac benevolentiam offerrent, quam quod monstrarent, quibus medijs eandem oblatam penitus mihi conciliare possem. Utinam à me quicquam Ex. tuae lectione dignum provenire posset, ne dicam quod conceptam opinionem de me confirmaret: Scio enim quid mihi in re medica quotidie dubitandum & addiscendum occurrat. Verum tuâ fretus benevolentia, candidè breviterq; subjiciam, quid ad utramq; literarum partem respondendum mihi videatur: tua Excel. boni consulat & festinanti calamo ignoscat. Primum, quod attinet affectum, quo matrona illa honesta superioribus annis afflictâ fuit, si scorbutico malo tam affinis videtur, ut ovum ovo similis vix reperiatur. Cum enim enumerata symptomata considero, vera δὲ αἰτιασικὰ signa reperio, qua praesentiam incipientis Scorbuti innuunt: inter cetera vero maxime testatur hoc pulsus delili & inaequalis, cum reliquis, angustia scilicet pectoris dolore & inflatione sinistri hypochondrii, crurum, pedumq; laniationibus, potissimum sub noctem ingentibus, difficili tempore motus respirazione & urinâ

Scorbuti  
descriptio.

rinâ turbulentâ cum innatante pinguedine frequenter permixta conjunctus. Etenim talis pulsus cum reliquis Engeleno experientissimo lib. de Scor. verum & pathognomonicum hujus affectus signum constituit, ut patet ex ejusdem observ. 30. quâ serè casus idem proponitur.

Nec obstat rubram apparuisse urinam, quam aliàs in morbi principio frequentius albam observavimus: id enim ex accidenti factum, propterea quod agra prægnans fuerit, in quibus lotium aliàs ob causas non ignotas tingitur. Vt autem in scorbutico paroxysmâ (ubi malum in principio, nec admodum inveteratum est) morbus sponte sua cessat, insigni quadam evacuatione & mutatione totius superveniente; ita etiam mirum non est post partum symptomata quasi sopita fuisse, propterea quod succedente puerperâ purgatione plurimum fortassis de peccante turgentèq; materia fuit evacuatum, eadem ratione, qua viris ejusmodi morbus exacerbatus per hæmorrhoides apertas lenitur. Veruntamen quia fomes mali remansit, facillimè ratio recidivæ redditur, tunc temporis scilicet, ubi lactentem fortè puellam aluit, nova menstruarum evacuationum intermissione succedente, scorbuticâq; materiâ in massâ sanguinea, propter nobiliorem partem à mammis attractam & in lactis substantiâ conversam admodum auctâ & exacerbatâ, que

Cur post partum exacerbatio symptomatum intermiserit.

postea non solum praedicta symptomata reduxit, sed insuper confirmati Scorbuti signa, maculas scilicet in cruribus propter ἐκχέουσι sanguinis infecti, gravemq; gingivarum assumptionem, fauciumq; putredinem, seu potius putrefactionem, tam propter singularē peccantis materiae proprietatē, quā propter humidiorē sorte constitutionē aegrotantis matronae honestissimae, respectu fluxionum capitalium, quod Excellentiss. D. D. Hermannus VVolsius ex T. Excel. sententiā, quam in literis ipsius video, prudenter statuit. non enim video, cur non ejusmodi symptomaticus affectus in certā quādam parte genitus, ab alia causa superveniente augeri & feveri possit, quapropter lubens subscribo causam foventem illius oris exulcerationi praeter opinionem brevi temporis spatio suborta (quod in Scorbutico malo non admodum citò aliàs fieri solet) in defluxionibus continuis extitisse. Quid enim tales pituitosae fluxiones in oris affectibus praestent, satis patet in causo veterum seu febre Ungarica recentiorum, ubi deterrima redditur oris & faucium inflammatio, subjēti laborantis cerebro temperie humida, fluxionibusq; obnoxia praedito; in pueris item his humidioribus variolis laborantibus, quibus integra saepius lingua putrefactione consumitur. Sed quorsum haec pluribus enumerantur, cum exitus curationis per appropriata & convenientia remedia methodicè instituta feliciter actū

probari, ut meritis Deo opt. Max, Archiatro vero Tua excel. gratias immortales habeat? Mihi igitur. nisi ad altera Epistolæ partem me converto, nec de Anlici illius effectu quicquam repeto, licet alia quædam Symptomata graviora passus fuerit: quot enim formas hic morbus induat. & quæ ratione sæpius doctissimi etiam imponat, Eugalenus ille testatur pulcherrimè tum in tractatu, tum etiam in observationibus. Unde non tam ignorantiam (quid enim aliud in ejusmodi hominibus expectabimus) quam audacem superbiam in veterano illo barbitonsore miror, qui maledicendi animo eò usq; progressus est, ut deterior mihi videatur, quam totum crudelè Chirurgorum vulgus, omnium literarum ignorantum, ac prorsus ἀνεπιστήτων, cujus mentionem facit Langius lib. i. Epistolarum, propterea quod illud ipsum tam absurdè non concludat, f. inces & circumjacentes partes alio modo lèdi non posse, quam affectione Gallicâ; cum ab eodem in febris ardentis curatione non quæ ad cognitionem inflammationis faucium, sed maxime quæ ad curam, quod causam nimirum febrem negligant, jure meritoque reprehendantur. Cateram licet meridiana luceres ipsa clarior videatur, lubet tamen sacrosæ vitæ veritatis causa subnecere, morbum Gallicum (etiamsi Symptomata quædam cum alijs affectibus communia possidere videntur)

Morbus  
Gallicus est  
morbis to-  
tius sub-  
stantia.

videatur) non solum à causa totâ substantiâ a-  
gente produci, juxta Capivaccium, Saxiniam  
& Montanum, sed revera quoque morbum esse  
specificam quadam corruptione occultum, seu to-  
tius substantiæ, secundum Fallopium, Parenm,  
Palmarium, Mercatum, Columbam, Macbellum  
& alios. Hoc præsupposito patet verum huius  
morbi characterismum à Scorbuto longè alium  
esse, quemadmodum ex symptomatibus eorum,  
qui lue venerea laborant, ob singulari veneni  
proprietaem ab aliorum morborum longè di-  
versis colligitur. Hoc inter cætera patet etiam in  
ulceribus Gallicis, de quibus rectè Mercatus lib.  
1. de morbo Gallico: *Ulceræ dum Gallicam na-  
turam sortiuntur, id procul dubio haud obscu-  
rè monstrant: nam admiratione dignum vide-  
tur, pedum ulcuscula, quæ minima sunt, licet  
appareant purgata, cum hoc tamen neque coae-  
lescere, neque cicatricem admittere, nisi cum  
maxima difficultate videntur. Nam remanet  
in eodem ulcere callosa quædam eminentia seu ci-  
catrix, soboles & præludium majoris mali, cum  
cicatrix in omnibus alijs ulceribus certissimum  
sit salutis indicium. Consimilem naturam ha-  
bent oris ac narium ulcera, ne dicam de reliquis,  
quæ licet minima sint, absconditum habent &  
latitans vitium ossis, vel membranarum corru-  
ptionem, vel tanta putredine pollent, ut vix ea  
ad sanitatem perducere queas: quod si aliquan-*

do consequaris, non communibus ulcerum auxilijs, sed totum ope, que longe videntur peregrina. *Haftenus Mercatus, ex quo colligere licet* *Scorbuticam & Gallicam plurimum differre, praesertim ubi simul annotamus oris illas affectiones praeter naturam in hac Gallica quotidianas non esse, sed in purimum tunc temporis accidere, ubi qualitas Hydrargyri noxia singulari quadam proprietate sancibus inimica, teste Langio, venenatum serosum humorem per salivationem expurgare conatur. Hinc Parais & Capivaccius monstrant, quomodo in hoc casu lue gallica laborantes ab oris ulceribus oris praeservandi & curandi veniant, alio prospecto curationis modo ab illo, quem in Scorbutica observavimus. Quae cum ita sint, vir Excellentissime & Clarissime, satum superque patet, quam enormiter Barbitonsor ille, quo ad cognitionem & curationem dicti morbi hallucinatus, & quam inique & malitiose T. Excel. eruditionem allustrare, matronamque, honestam affectu quodam suspecto quasi laborantem insamare conatus fuerit. Nil video, quod T. Excel. incumbat, quam revocationem ab imperito homine urgere & reliqua Magistratui committere. Hisce vale, & me, quod facis, amare perge, chartasque, transmissas boni consules. Dabam raptim*

*Scorbutica & Gallica differunt.*

*Giessa 20. Augusti*

*MDCIX.*

## AD DECADOS VIII.

Questionem quartam

§IV.

*Diuretica non temerè esse  
adhibenda*

## OBSERVATIO

ex prælectionibus JACOBI HORSTII  
p. m. Præceptoris ac Patru  
nostri honorandi.

**G**enerosa matrona in Saxonia dolores in-  
gentes circa lumbos sentit per dies ali-  
quos, ut impatiens anxietate magna hinc &  
inde moveatur. Huic laboranti alium Doctor  
Medicus adest, qui recte statuit, eandem calculo  
renum laborare, quam ob causam purgantia &  
calculum moventia præscribit: verum nihil  
proficit: imò magis dolores urgentur, nec quic-  
quam calculi excernitur. Ego vocatus  
accedo, cumque calculi obstructionem protin-  
us non aperiri posse videam, ad dolorem fi-  
xum leniendum me converto, & herbarum deco-  
ctas in aqua cum sacculis lumbis applico. R. Her-  
bæ parietar. vera, Artemis. Agrimon. ana  
M̄j ʒ. Bisulva M̄ij. Petroselini sol. Lauri ana  
M̄j flor. Chamomil. M̄j. fiant sacculi, decoq.  
in ʒ. q. aquæ. Posteaquam bis terre applica-  
verant,



verant, lumbos unguo unguento, quod Recipit  
 olei violar. Vnc. ʒ. lilior. alb. amygdal. amar.  
 sesamini ana drach. ij. Scorpionum drach. sex,  
 Unguenti dialibea, ping. gallina ana drach.  
 ij. cera q ʒ. & fiat Unguentum. Iussa ut ea no-  
 cte reiteretur quinquies vel etiam septies. Sum-  
 mo mane sollicitus de agra, ne propter ingen-  
 tes dolores expiraret lectum accessi, Baro-  
 nissam Generosam dormientem inveni, sed par-  
 rumper expergesacta me certiore reddidit,  
 dolorem, licet non prorsus cessaverat, multo mi-  
 tiorem esse. Discedens igitur ad somnum ulteri-  
 orem illa adhortor. Secunda die dolores prorsus  
 cessabant. Quinque diebus post, cum vires rescis-  
 set & urinâ magis cocta esset, calculos movimus,  
 quos per multos serè sine dolore exercebat &  
 convalescebat.

---

## AD DECADOS NONÆ

Quæstionem quintam.

**F**requentissimus est morbus, quæ vocant vir-  
 ginum, in his locis, ita ut ex proprijs ob-  
 servationibus plures historia adduci possent: sed  
 placet potius aliorum in arte peritiorum ex-  
 empla subjicere, quam ob causam ex ejusdem  
 D. D. Jacobi Horstij prælectionibus subsequen-  
 tem observationem annectimus.

Ob-

OBSERVATIO DE  
morbo virgineo.

Nobilis virgo in Saxonia, dedita otio, & morore saepius afflictâ, naturâ complexionu calida sicca, magis tamen ad sanguineam vergentiu sensim incipit albescere, palpitare corde &c. ac per biennium ab omnibus medicamentu abstinet. Interea consilio rudium domesticorum sanguinem à Basilica mittere conatur, non consulto Medico, sed sanguinis nihil, veruntamen serosus & pituitosus humor è venis effluxit. Quid multa? adhuc peius se habet, nec tantum albescit, totâ tum facie, tum oru labijs, tum genis, sed etiam parumpar intumescit, appetitus dejicitur, capite multum dolet, sed per intervalla, palpatio cordis magis magisq; crescit. Tertio autem anno consilium meum petit; Leucoplegmatiam seu febrem albam esse intelligo, eamq; valde confirmatam. Itaq; eam curandam suscipio, sed cum prædictione, spem scilicet curationis adesse, modo diuturnitate temporis non deterreatur: morbus enim & per se diuturnus & tanto tempore confirmatus prolixiorẽ curativam per intervalla temporis repetitam postulat. Aegra & ejus astantes obtemperant. Prima igitur die utitur Electuario purgante quod R. Elect. lenitivi, Indiâna drach. iij. Eles. ph drach. j. cum sacch. q. s. fiat bolus. Secunda

cunda die lambit, Sympum de duabus radicibus  
 bu mane surgens & vesperi itura cubitum duo-  
 bus vel tribus cochlearibus, ac triduo continuat,  
 Quinta die utitur potione purgante.

℞. Rad. cichor drach. ij.

feniculi sarsasras ana drach. ij.

Polypod. unc. ʒ.

Sem. anisi drach. ʒs.

Melonum drach. ʒ.

Her. Betonica, Majorana, sumiterra a-  
 na M. j.

Capill. veneru M ʒ.

℞. Anthos

Borrag.

Rosarum rub. ana P. j.

Slechad. arab. drach. ij.

Hol. Senae select. Vnc. j.

Turbitb drpach. ij.

Passul mun. Vnc. j.

Coq. in s. q. aq. & vini, ad ʒ. Post colen-  
 tur Vnc. XI & in Colatura per noctem in-  
 fundantur.

Agarici. troch. drach. ʒ. ʒ.

Rad. Mechoacan. drach. j.

Cinamomi ʒj.

Macis

Galanga ana ʒs.

stent in infusione per noctem, mane colen-  
 tur.

℞. Cola-

R. Colaturæ huius Vnc. iij.

Mannæ Vnc. j.

Syr. de 2. rad.

rosat. solut. ana Vnc. ʒ.

Misce & fiat potio.

Sexta & septima die utitur Rotulis aromati rosati, quoti die bis duabus horis ante cibum. Octava die iterum purgatur altera medietate potionis purgantis antedicta. Nonna die iterum purgatur pilulis, quæ talis.

R. Pil. Alerphang.

de hiera simpl.

de Rhabar. ana ʒj.

Cochiar. ʒ ʒ.

Cum aq. betonicæ q. ʒ. fiant pilulæ.

num. XV.

Decima die usq; ad vicesimum utitur pulvere tali.

R. Specier. arom. Caryophyl.

Diacinnam.

Dianthos ana drach. ʒ.

Diamarg. frigid.

Diagalangæ ana ʒʒ.

El. resumptivi ʒj.

Sacch. ad pondus omnium

Misce & s. pulvis.

Hujus usus quotidie sunt duabus horis ante cibum cum similigine & vino Malvatico.

Huius peracti cum nondum habitus bonus rediret iussa est à me, ut per mensem integrum à medicamentis quiescat, viresq; recolligat, ne natura sensim, à ta non neglecta crudos ac superfluos humores concoqueret.

Tertio mense vel serè in fine secundi redij: rursus curativam institui ubi tantum purgans potius antedicta primà die assumitur. Quatuor subsequentibus diebus vititur condito quod sequitur.

R. Conf. Betonica

Anthos ana Vnc. j.

Rosatum Vnc. j. s.

Nuc. Mosch. cond. drach. j.

Diacori drach. ij.

Spec. arom. caryophyl ʒj.

Cum syr. de beton. q. s.

fiat Conditum.

Modo alternis diebus Rotule aromatici caryophyllati usurpabantur. Sexta die iterum usa est purgantis potionis haustu? Septimo die pilulis antedictis. Postea rursus & conditum & rotulas septem diebus continuavit. Deniq; natura iterum omnia permisa sunt, dietà diligenter observatà. Sed cum duabus septimanis quievisset à medicamentis, postremam curativam aggressi sumus, in qua prima die sumit Electuarium.

R. El. lenitivi.

Diacathol. ana drach. ij.

Indj drach. j. ʒ.

Cum sacch. q. ʒ. bolus.

Secunda die reiterat potionem purgantem antedictam: tertia, quarta, quinta & sexta die pulvere superiorem continuat. Septima die rursus alteram potionis purgantis partem exhibui, & subsequenter octavo & nono die rotulas Aromatici rosati praescripti. Deinum decima die Sudoriferum exhibui.

℞. Theriacae antiq.

Mithridat. ana ℥ij.

Vini Malvatici Vnc. iiij.

Aq. Veronicae Vnc. ij.

M. & s. potio sudorifera.

Hanc matutino tempore ebibit, & per horas duas in lecto sudavit. Reliquum tempus dierum corroborationi tum per diatam, tum per reiterationem conditi antedicti & Rotul. Aromat. Caryophyll. tribuimus, sensim melius se habuit, & serè finita hyeme ac vere incipiente convaluit rursus, adeo ut nihil illa salubrius, nihil pulchrius. Haecenus D. Iacobus Horstius in pralect. in lib. Hipp. τῶν πᾶσι κᾶθ' ἑαυτῶν.

Ad Decados ultimæ

Quæstionem finalem.

Quod Gangræna sæpius causam occultam habeat.

Obser-

## OBSERVATIO.

*Gangrena ex contusione totum crus, scrotum & inguen spacio 24. horarum miracum celeritate invadit, atque agrum è medio tollit.*

GUILIELMUS FABRICIUS,  
Med. & Chirurg. Reipub. Paterniacensis celeberr.

AD

GREGORIVM HORSTIVM D. ET  
Medicum Professore.

**S** Mente atq; amicitia te à nobis sejunctum  
+ minimè esse, etsi altissima rupes nos di-  
jungant, Vir amplissime atq; humanissime;  
litera tua 14. Martij VVitebergæ data, ante  
dies verò octo modo mihi reddita, testantur,  
munera item, quæ simul mitti plenius fidem  
faciunt: Utinam ego T. Ex. pro dignitate sua,  
& uti decuisset, eo tempore, quo hic nos invise-  
rat, excipere potuissem vel etiamnum officium  
aliquod præstare valerem. Proxima tamen oc-  
cassione oblata, quâ D. D. Döring ad me perve-  
nerit; intelliget tuam commendationem sibi  
non parum profuisse. Tractatus tuus de casu  
quodam admirando, liber planè Philosophicus;  
doctus & elegans, mirum in modum gratissimus  
mihi fuit, quem eò majori cum voluptate perle-

Casus singularis.

gi, quod eo ipso tempore, quo mihi redditus, circa casum non vulgarem occupatus eram, in quo quida nonnulla rara, & Ex. I speculationibus non indigna occurrunt, eum communicare ac ordine recensere minimè gravabor. Superiore mense July 21. die Tivan Toppin, civis Staffiacensis, oppidi hic in vicinia ad lacum Neocomensem siti, quinquagenarius, robustus, & optimo corpori habitu præditus cum in maximis messis occupationibus, plarstrum vacuum ipsemet ducere tentasset, ac turrendo in terram corruisset, rota internam partem surae sinistri cruris dilaceravit, cum tibia ossis, à periostio suo ad longitudinem spithamæ denudatione: neutrum tamen os fractum aut fissum erat, ita ut pedes domum, à qua iter dimidia horæ absuit, se conferret. Ego eadem die vocatus, illico totum cruris, coxamque oleo rosarum inunxi. Vulneri prius vino rubello & aqua tepida à sordibus & arenâ purgato, digestivum sequens imposui. R. terebinth. lotæ Vnc. j. Cera Vnc. sem. Gummi Etemi drach. 2. ole. rosar. Vnc. sem. Ol. de vitellu ovor. Vnc. 1. Dissolvantur omnia igne lentissimo, postea admisce Croci scr. sem. Vitellas ovorum N. ij. Ut autem affluxum humorum impedirem, fasciâ posca imbuta, totum cruris involvi, victum tenuem ac optimum præscripsi, & pro potu ordinario, decoctum agrimonie & veronicae ordinavi.



havi. Hinc dolor multum remisit, eam tamen noctem utcumque inquietam transegit. Circa scapulam quoque, & humerum, licet nullum manifestum indicium contusionis apparuerit, quia tamen eo loci de dolore conquerebatur, eodem oleo rosarum inibi bis in die illum inunxi, aded ut dolor scapule intra biduum cessaverit. Die 22. Julii sequens medicamentum sumpsit. R. Syr. rosati solut. compos. cum rhabo agarico & senna Vnc. sem. pulvere senna præpar. scrup. ij. cum decocto agrimonie, & veronica fiat potituncula, qua corpus leniter purgatum fuit. Paulo post deligato vulnere, optima futura digestionis signa apparuerunt. Denud itaque præscriptum Digestivum imposui, totumque crus oleo rosar. inunxi, & fasciam postea imbuta, omnia colligavi. Circa vesperam deinde eadem repetii, ea nocte optime quievit. Die 23. Julii summo mane basilicam dextram (sinistram enim propter cicatricem ad cubitum nullo modo invenire potui) incidi, sanguinisque ad Vnc. vj. extraxi. Deligato dein vulnere partem illam sura dilacerata, & à subjecta carne disjuncta, quia livescerat ac in gangranam tendebat, abscindere visum fuit. Abscissa præsentè D. Joh. dudMullin ejus loci presbytere, partemque aceto & sale mundata, ægyptiacum nostrum ad radicem putredinis, reliquam parti vulncri digestivum imposui, postea sequens Cataplasma, quod putredinem resistit, applicui.

R. farina fabarum Vnc. iiii. Salū marini unc.  
sem. pulverem summitatum absinth. vulg. Scor-  
dij utriusq; ruta ana unc. j. Coquantur in o-  
xymell simplici, fiatq; cat. plasma addendo sub-  
finem myrrhæ, Aloes ana unc. sem. misc. fiat  
Cataplasma. Circa vesperam rursus eadem  
methodo processit; sed quia subsequens nox illi  
non adeo quieta futura videbatur, grana ali-  
quot Laudani ei exhibui. Nullos itaq; eâ no-  
ctē persensit dolores, sed quietē & securē dor-  
mivit Die 24. Julij manē vulnere deligato, pu-  
tredinem inhibitam neq; gangranam amplius  
proserpere certis signis nobis conspiciere licuit,  
ad majorem tamen securitatem unguentum  
Ægyptiacum; ut antea filamentis complicatis  
ad radicem putredinis, totamq; partem levam  
supradictō cataplasmate cooperui, intemperie  
nulla neq; inflatio, aut dolor aderat. Domum  
itaq; me consero. Circa tertiam horam pome-  
ridianam illicō, & quidem me absente, in alte-  
ra tibia, nimirum exteriorē sura parte, dolore  
acutissimo corripitur. Ego circa nonam noctis  
horam ad illum veniens maximū quidem dolo-  
ribus ipsum detineri, facile conjicere potui; abs-  
que ulli tamen intemperie manifestā, aut in-  
flatione conspicuā. Unde Hippocratis senten-  
tiam animo volvens videl. contusam carnem  
necesse esse putrescere & in pus converti, ab in-  
ceptu desistere nolui, verum digestivum denud  
impo-

imposui tibiāq; oleo rosarum iunxi ac rur-  
sus somni tempore aliquantum Laudani exhi-  
bui. Verū tantum absuit ut somnum capesse-  
re potnerit, quin potius circa tertiam me ad se  
vocare jusserit, si forsā dolorem aliquo modo  
lenire possem. Deligata itaq; tibia, partem ex-  
ternam surae, & ipsum quidem locum dolentem  
lividum invento. At quia dolor magnus, ni-  
bilque aliud mihi in promptu erat, illud Ca-  
taplasma ex mucā panis lacte cocta, additis vi-  
tellis ovorum, parumque butyri recentis, cali-  
dè applicui. Hinc dolor aliquo modo sedatus  
fuit, parumque quievit eger. Die 25. Julij  
circa septimam horam matutinam, deligata ti-  
biā, partem externam surae, palmae latitudine,  
nigram & sphacelatam inveni. Subito ergo  
me Paterniacum recepi ut ea, quae pro morbi  
magnitudine necessaria videbantur, prepara-  
rem. Circa meridiem instructus omnibus ne-  
cessariis, & ad agrum rediens, statim sic exclamantem audivi. *Otinam ferram attulisses,*  
est enim abscindenda tibia haec, quo possim hoc  
dolore & cruciatu levari. Deligata itaq; ti-  
bia, totam externam partem surae, & ipsum pe-  
dem sphacelatum, & vesicis nigris, & maxi-  
mi, nec non aqua lotura carne simili repletis  
inveni. Interim tamen nonnullis in locis dolo-  
res & maximi & continui aderant. Efflaga-  
tantibus itaq; amicis, tum imprimis ipso aegroto,

ut tibiā amputarem, denuò me domum rece-  
pi, & instrumenta, omniaq; necessaria mecum  
astuli, atq; circa horam secundam pomeridia-  
nam, ad egrotum redi, tumq; totam tibiā,  
præter illam partem vulneris cui præcedentibus  
diebus Ægyptiacum applicueram, sideratam,  
& amplius in loco sano abscindi non potuisse  
conspici. Supra genu quoq; ad externam par-  
tem in loco quodam novaculi crines abraders,  
sonum quasi vacuum aliquod subsussisset, perci-  
pere potui. Inde malum inibi subisse conjici-  
ens, adstantibus & amicis significare cepti, ampu-  
tationem planè infructuosam & inutilem fu-  
turam, & ut alios Medicos & Chirurgoſ in  
consilium advocarent, suasi. Post horas duas  
iterum deligata tibia, locus iste, in qua ante so-  
nitum animadverteram, planè sphacelatus re-  
pertus est. Circa decimam horam noctis, in  
inguine ad scrotum, vesica ovi magnitudine,  
nigra, & aqua lotara carnis simili repleta illi-  
cò exorta est, quâ adapertâ, subjecta caro ni-  
gra & sphacelata conspiciebatur. Intra du-  
as horas scrotum in magnitudinem capiti in-  
tumuit, & sideratum fuit. Tum ager su-  
doribus primò calidis, postmodum frigidis cor-  
reptus, circa tertiam post mediam noctem ho-  
ram, quæ quarta dies sui morbi cum unde-  
cim horis erat, ab incepta verò gangrana ho-  
ra vigesima quarta placidè & loquendo velu-

ti expiravit. Post mortem totum latus & caput paulatim ita intumescere, ut altera die cum cadaver inhumare vellent capulum ampliare necesse esset. Sub Hypochondriis sinistro vesica magnitudinem capitis adaequans, nigra & aqua sanguinolenta plena exorta est. Ex ore quoque & naribus aqua ista sanguinolenta tam copiose emanavit, ut per cubitalium rivuli instar disfluere. Ex cadavere item talis fetor exhalavit, ut adstantes in fugam verteret. Ab initio morbi usque ad finem vitae vix febris in illo cognosci potuit, nullumque Symptoma febrile veluti dolor capitis, & renum sitis, siccitas & ariditas linguae, aut pulsus a naturali statu recessus appaeruerunt. Urina tamen statim ab initio morbi ad finem usque vitae sanguinolenta erant. In ista autem recitata historia, nonnulla occurrunt difficultates quarum aliquae, quamvis ex doctissimo tuo tractatu facile discenti possunt, cupio tamen hanc de re Tuae Excellentiae iudicium atque sententiam, quando ei per oculum licuerit, intelligere. **Primò Quæst. I.** quidem, An Gangrena hæc tam furiosa, tamque dira ac immanis, ut vix similis unquam inspecta, ex contusione sola, vel ex causa aliqua interna & occulta orta sit? Ego ex sola illa contusione tibiæ, tam horrendam malam oriri non potuisse, planè sentio. —

Primo enim contusio in tibia, etsi magna, præ magnitudine tamen Gangræne non respondebat; Erat enim cutis tantummodo cum carne membrana, à subjecto musculo separata, ita quidem ne ramus ille insignis, qui per musculum suræ partem internam constituentem (qui crus moventium in ordine primus) superficiem descendit, dilaceratus quidem aut disruptus fuerit, denudatus tamen & integer conspiciebatur. Hanc quoque ob causam pars illa cutis dilacerata, & à subjectis partibus separata, nutrimento suo destituta, necessario gangræna & sphacelo correpta fuerat. Illa verò abscissa protinus gangræna inhibita, quemadmodum antea dixi, neque postea indicium ullum gangræne apparuit, usque dum totum crus invaserat. Secundo, si Gangræna ex internâ parte suræ, ad externam serpendo penetrasset, vulnus labe ista prius infectum fuisse, quam vicinas partes invadere potuisset, tam certum est, ut nihil certius. At penetratio illa quomodo sine dolore, inflammatione, & inflatione maximâ fieri potuisset nondum video. Post primam autem noctem usque ad 24. mensis diem, quæ fuit tertia morbi dies nullum pro magnitudine vulneris dolorem, nullamque præterea inflammationem adfuisse, sed optima signa digestionis apparuisse testabuntur adstantes (quorum ex numero erant Reverendus D. Iohan. du Molin, ejus loci præbyter, & Dn. Emanuel

Visti-

*Vrſitius Philoſophia Magiſter ac Medicin. Can-*  
*didatus, conviſtor meus ſuaviſſimus.)* Adde  
 quoq; quod in externâ parte ſura, nullum un-  
 quam contuſionis indicium apparuerit. Tertio  
 non potuit gangræna hæc ab externa parte ſu-  
 ra ad coxam niſi ſerpendo, ac in tranſitu partes  
 unam poſt alteram inſciendo pervenire, ac in  
 hoc caſu, quemadmodum ex præcedenti hiſtoria  
 elicere licet, cum tibiâ tum etiam femur, in-  
 guen & ſcrotum, quaſi uno eodemq; momento  
 interim tamen hinc inde partes nonnullas ille-  
 ſas relictas invadere. Potuit itaq; contuſio hæc  
 in crure, meo quidem iudicio eſſe cauſa adju-  
 vans, præcipuam autem materiam aliquam ve-  
 nenatam ex corpore eò propulſam fuiſſe, planè  
 ſentio. Quamvis enim antea homo iſte morbis  
 non admodum obnoxius, quia tamen rota totum  
 latus tranſgreſſa fuerat (id quod dolor circa ſca-  
 pulam indicat) potuit facillimè ſanguis aliquo  
 in loco concretus ac putreſcens in peſtiferâ hoc-  
 ce venenum converſum; poſtea verò à naturâ ex-  
 pulſum crudele illud malum generare: graviſ-  
 ſima enim quandoq; ex ſanguine coagulato, Fer-  
 nelio de abditis rerum cauſis lib 2. cap. 15. teſte,  
 oriuntur ſymptomata. Teſtatur idem Ferne-  
 lius, ſe aliquando partem ſpacelari vidiffe, ſine  
 cauſa externa, ſine tumore, aut rubore conſpi-  
 cuo, oborto primùm dolore immaniſſimo, tan-  
 demq; ægram extinctum fuiſſe, ſine feбри, ſine  
 ſymptomatis gravibus, id quod in hoc ægro

Quæstio  
II.

maximè observare licuit. Ex istis autem quæ dicta sunt, secundum oritur dubium: nempe quomodo natura hanc pestiferam materiam sine conspicuis symptomatibus, puta febre, synope, delirio & similibus, tam diu retinere, multò magis ad extremas corporis partes propellere poterit. Tertio quomodo factum fuerit, quod caput & totum ead. vir, excepta tibia dextrâ, post obitum in monstruosam hanc magnitudinem intumuerit. Cum animæ facultates, animali extincto omnes abolitæ sint ac cessent. Prolixè & ordine hanc historiam recensere placuit, propter varias & ineptas, quâs de re vulgus profert opiniones. Tu verò, vir amplissime, omnia benè consule. Vale & me ut facis ama. Paterniaci, Aventicor. 9. Augusti Anno 1607.

---

RESPONSUM AUTORIS.

Viro Clarissimo & Experientissimo  
GUILIELMO FABRICIO  
Medico & Chirurgo

Reipub. Paterniacensis  
Ordinario.

**D**ileo, vir Clariss. & experientiss. amice  
& sanctor plurimum honorande, respon-  
sum meum ad casum singularem de Gangræna  
quædam admirandâ superiori anno conscriptum



& Francofurtum transmissum ad manus tuas  
 nunquam pervenisse: talis est plerumque merca-  
 torum incuria, quidam licet totis viribus in-  
 hiant, brevi promissorum obliviscuntur. Altum  
 igitur ut agam, pro transmissa mihiq; inscripta  
 observatione gratias, quas animo concipere pos-  
 sum, habeo maximas, tibiq; vicissim officia  
 mea promptissima lubens polliceor & offero.  
 Quod autem casum illum attinget ut expectatio-  
 ni tue satisfaciam, brevibus, si non verbis,  
 tamen fundamentis cum priori responsione con-  
 venientibus opinionem meam aperiam, eamq;  
 candido iudicio tuo subjiciam. Sed ne longiori  
 tuarum literarum repetitione tadium tibi satis  
 alias occupato creem, ad quaestiones tuas mihi  
 propositas rectè progredior, inter quas primus  
 locus illi tribuitur qua quaerit, an gangrana il-  
 la furiosa eamq; dira & immani ut vix simi-  
 lis unquam conspelta, ex contusione sola, vel  
 ex causa aliqua interna & occulta orta su-  
 erit? Negativa tua displicere nequit, Ad quaesti-  
 ubi perpendo rationes in medium addu- onem pro-  
 ctas, ex ipsius Hygiea penetrabilibus deprom- positam  
 ptas, & experientia tua singulari confirma- primam  
 tas, praesertim cum tantum illam contusionem  
 consideres, qua fuit in crure, concedendo ni-  
 hilominus praeter hanc aliam quoque toti-  
 us corporis contusionem adfuisse, quatenus  
 vota totius lateris transgressa fuit, quod non  
 soluta

solum tecum ex dolore circa scapulam colligo, sed insuper etiam urina sanguinolenta per totum morbi tempus ab initio statim ad finem usque vita satis firmiter illud ipsum indicat, propterea quod hæc in ejusmodi corporis constitutione non aliunde, quàm ex contusione, non crurii sed aliarum partium deducenda videatur. At verò, si tanta fuit contusio corporis reliqui, mirum non est, sanguinem circa partes abdominis externas alicubi concretura ac putrescens in pestiferum quasi venenum conversum fuisse, quod rectè colligitur, ita ut non videam, quid responsioni primæ questionis ulterius addendum censeam. Vtrum altera questio fortassis majorem dilucidationem requirit, quomodo videlicet natura pestiferam illam materiam sine conspicuis symptomatis, puta febre, Syncope delirijs & similibus tam diu retinere, multò magis ad extimas corporis partes propellere potuerit? Coincidit hæc controversia recentiorum, qua queritur, num in corpore nostro absq; insigni humorum putredine venenum generari queat, in qua partem affirmativam defendit Hercules Saxonia lib. 2. de Phælogia. cap. 3. & sequentibus, propterea quod de essentia veneni non sit per putredinem fieri, potissimum cum quotidiana experientia testetur, sæpius pestiferos affectus absq; omni putredine disseminari, quod Galenus etiam innuere videtur, dum inquit: *Ut ab exiguo initio, sputi videlicet*

Ad quaestio-  
nem se-  
cundam.

(canis

(canis rabidi) qualitate aucta quadam in corpore dispositio, quando ad magnitudinem notatu dignam pervenit, discerni potest; idq; post sex menses, cum nonnunquam ante id tempus nulla nota deprehendatur: Sic eodem modo vitioso humore in animalis corpore genito, paulatim tractu temporis principalium partium aliqua consentit, à qua deinde universum corpus celeriter alteratur. Contra præsentis quæstionis negativam acriter confirmare nititur Columba, lib. 1. de febris pestilent. cap. 41. non solum auctoritate Galeni, qui passim venenatos & malisgnos humores in corpore nostro non aliter quam per summam corruptionem fieri posse statuit; sed etiam rationibus, quatenus ea, quæ secundam naturam sunt ad qualitates immediate substantiæ nostræ seu principii vitali contrariæ, absq; insigni & vehementissimâ corruptione mutare nequeunt, non tam quantitatem quam modum putredinis respiciendo. Veruntamen cum Saxonia tantum contra simplicem putredinem disputet, Columba verò corruptionem quandam formalem insignem à communi putredine diversissimam intelligat, non inconveniens videtur, utramq; sententiam conciliare, nimirum ut venenum in corpore nostro producat, non ex simplici quâdam putredine humorum, juxta priorem, sed ex specifica quadam corruptione vehementissima & malignissima juxta posteriorem opinionem. His præmissis

resolv-

respondendum, quomodo maligna corruptio sine conspicuis symptomatibus, puta febre, syncope delirij & similibus produci potuerit, ubi solutionem nobis subministrat Hippocrates lib. 3. Epidem. sect. 3. aphoris. 27. ubi inquit: quorum caput horum quid tentaret ( loquitur de maligna putredine ) his caput totum glabrescebat & mentum, ossaque denudabantur, decidebantque, multaque extiterunt fluxiones. His adjuncta aliquando non erat febris. Erant autem hæc formidabiliora quam deteriora. Quibus enim ad suppurationes species hæc devenit plurimi superstites horum erant. At verò quos inflammatio reliquit, & sacer ignis nec valde abcessum effecit ullum, hi frequentes perierunt; & si usquam loci alterius in corpore oberraret evenerunt hæc. Etenim multis brachium vel totus cubitus decidit: Quibusdam hæc anteriora latera afficiebant vel posteriora. Nonnullis totum femur vel tibiæ denudabantur, pesque totus. Galenus in comment: id quod ad præsens institutum pertinet ulterius declarat dicens: Quibusdam quibus in superficie erat ejusmodi putredo, partes etiam citra febres marcescebant, &c. Hinc ergò constat in corpore nostro talem humoris peccantis corruptionem fieri posse, que veneno respon-

deat. partiumq; sphaerulã introducat, absq; vapo-  
 ribus putridis ad cor transmissis, propterea quod  
 venenum multo majoris sit activitatis quam pu-  
 tredo, praesertim tunc temporis ubi talis corru-  
 ptio partibus à corde remotioribus, minimeque  
 principalibus accidit. Quocirca patet, cur tan-  
 tam malignitatem sanguis ex contusione cir-  
 casetur & abdomen collectus absq; insignibus  
 symptomati contraxerit: Fuit enim in parti-  
 bus à corde & alijs membris principalibus remo-  
 tis & ad faciliorem corruptionem admodum di-  
 spositis juxta aphorism: 26. Hippocrati loco ci-  
 tato, ubi dicit, Omnium gravissimam fuisse pu-  
 trefactionẽ circa pubem & pudenda, propterea  
 quod illa loca dicente Galeno in comment. levis-  
 sime putrescant, & per consequens citius et-  
 iam corrumpantur. Adde quod alias quo ad  
 constitutionem naturalem, vitalis facultas in hoc  
 egro valida satis fuerit, quam ob causam cor  
 vite sors per consensum difficulter affici potuit,  
 prioribus scilicet diebus, ubi malignitas in par-  
 tibus remotioribus ex corruptione humorum  
 producta fuit. Ut enim natura praestantissima,  
 quibus τὸ θεῖον ἰσχυρὸν ὑπερῆκον resistissimum in-  
 est, rarissime, sed tandem ubi accidit periculo-  
 se laborant, propterea quod virtus valida caus-  
 sis morbificis valide resistat, & non nisi magna  
 quadã violentia deprimatur, ita praesenti egri  
 naturae, symptomati vel effectib. hujus materie  
 corruptae

Ad quæsti-  
onem ter-  
tiam.

*corrupta tandem restitit, donec tandem subird sine precedentibus diuturnis alterationibus opprimeretur. Porro quod tertiam questionem attinet, qua queritur cur Caput & totum cadaver, excepta tibia dexterâ in monstruosam magnitudinem post obitum intumuerit, non video quid aliud responderi possit, quàm quod materia peccans antea caloris nativi robustioris compedibus quasi catenata, jam post mortem magis commota & exacerbata fuerit, adeoque sue malignitatis fructum hunc ediderit, eadem ratione, quæ videmus interdum in Scorbuticis, ut & peste laborantibus, post mortem tandem maculas variegatas efflorescere. Nec miram quod tibia dextera fuerit à tali Symptomate immunis, præsertim cum ipsa contusio tantum sinistram partem, quantum ex historia colligitur, affecerit. Hæc sunt, Peritissime Fabrici, quæ de præsentî casu mihi probabilia videntur.*

*tu Vale, & Horstium te amantem redama. Dabantur Giessæ Cattorum*

21. Julij 608.

Δεῦ μὲν δὲξαι.



INDEX RERVM HVIVS  
OPVSCVLL

A.

<b>A</b> Bortum an liceat pregnantī graviter decumbenti provocare 289. observatio propria. 292	
Absinthii decoctum num in tertia notha conveniat 19	
Academicę vitę commendatio.	334
Aceti natura 134. facultates 136. an calidum vel frigidum 137. ejus generatio. ib.	
Acetum cur contrarias operandi facultates habeat.	140
Acetum rosaceū an in omni syncope conveniat. 134	
Acetum scylliticū an vocū asperitatem corrigat. 104	
Aceti usus an lienosis conveniat.	228
Acetum opij correctivum 267. ab aceto abhorruit quaedam mulier, observatio	362
Acrimonia scyllę quomodo corrigatur.	105
Alexipharmacum in morsu canis rabidi.	303
Alexipharmacī Palmarij usus.	306
Alexipharmacum in viperarum carnibus esse.	318
Aloes preparatio.	22
Aloes usus nū in quotidiana febrī pręscribendus. 20	
Amuletum ex arsenico an pręservet à peste.	328
Amygdala & pistacia an hepaticis frigidis convenient.	96
Ancyloglossū an sectio. succurrendum.	102
Ἀγκυλόγλωσσοι quid sit 102. ejus sectionis modus.	ib.
Cē	Anginā

INDEX.

<i>Angina quid</i> 109 <i>in angina principio an vena secanda</i>	
<i>Anodyna vera an calida humida.</i>	96 (ib.
<i>Anthrax seu carbunculus quid.</i>	329
<i>Antiqui carnem viperinam commendant.</i>	314
<i>Apoplexia quid</i> 46. <i>causa</i> 47. <i>apoplexia omnium pericu-</i>	
<i>Apoplexiæ indicatio prima.</i>	48 (loca. 47
<i>Apoplectici an potius sternutamentis quã extre-</i>	
<i>mũ ligaturis aut clysteribus acris exitandi.</i>	46
<i>Appetitus alimenti externi interdum aboletur.</i>	154
<i>Appetitus diversus cur sit depravatus</i> 231. <i>in appeti-</i>	
<i>tu canino an &amp; quando vinum exhibendũ.</i>	161
<i>Appetentiam dejectam an &amp; quomodo spiritus vitrioli</i>	
<i>corrigit.</i>	154
<i>Appetentia canina quid &amp; unde.</i>	161
<i>Aromaticis in stranguria quo tempore utendum.</i>	246
<i>Arthritu quid</i> 98. <i>causa proxima.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Arthriticus dolor an venæ sectionem indicet.</i>	98
<i>Asciti num παραεὐτασις utilis.</i>	222
<i>Asthma quid</i> 113. <i>an fiat ex sola siccitate.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Asthmaticu an vomitus proffit.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Auditus depravatus an mulieribus post partum adve-</i>	
<i>niens eandem requirat, cum illo qui fit in con-</i>	
<i>valescentibus, curationem.</i>	97
<i>Aurium tinnitum quale symptoma</i> 78. <i>cur in puerperis</i>	
<i>frequens ib. cur in cõvalescentibus frequens.</i>	79
B.	
<i>Balneæ an indiaris convenient.</i>	2
<i>Balnei diverse partes.</i>	3
<i>Balsamus Martis.</i>	204
<i>Basilica quo tempore sit secanda.</i>	261
<i>Bezoardicum animale.</i>	319
	<i>Bile</i>



I N D E X.

<i>Bilis an purganda in ictero flavo.</i>	215
C.	
<i>Calcinatio quid.</i>	13
<i>Calculi materia 230. unde oriatur 231. qualis sit secundum Hermeticos ib. causa efficiens ib. an sit frigiditas 231. vel caliditas.</i>	232
<i>in Calculi materia vim coagulationis esse.</i>	233
<i>Calculi vera generatio.</i>	234
<i>Calculi generationem causa adjuvantes ib.</i>	
<i>Calculus vesicae an semper è renibus rudimentum habeat.</i>	244
<i>in Calculo renum spiritus therebintine an conveniens.</i>	230. 235
<i>ad Calculum vesicae frangendum an proprie dicta diuretica adhibenda.</i>	243
<i>Cancris sturciatiles cur concedantur.</i>	29
<i>Canis rabidi morsus an templo D. Dononi sanetur.</i>	302
<i>Canis rabidi morsus totius substantiae morbus ibid.</i>	
<i>Canis rabidi morsus alexipharmacum 303. curatio</i>	
<i>Capitis dolor an vomitu curandus.</i>	28 (305)
<i>Caput ex ebrietate gravatum an reiterata ebrietate curandum.</i>	30
<i>Carbunculus seu anthrax quid.</i>	329
<i>Carbunculus an eandem cum gangraena curationem habeat.</i>	329
<i>Carne viperinam antiqui commendant.</i>	314
<i>Cassoreum in leithargo an &amp; quomodo conveniat.</i>	39
<i>Castorei extractum liquidum.</i>	41
<i>Casus medicus.</i>	368

I N D E X.

<i>Cauterium ubi applicandum in Ophthalmia.</i>	67
<i>Cauterio praefertur setaceum.</i>	67
<i>Cera usus internus an dysentericis conveniat.</i>	177
<i>Cerebrum tactu caret.</i>	23
<i>Cerevisia recens quomodo generet stranguriam.</i>	246
<i>Chalybis &amp; ferri usus num conveniat in jecoris &amp; li-</i> <i>ni obstructione.</i>	199
<i>Chirurgicae administrationis cautela.</i>	214
<i>Cholera quid 152. in cholera an vomitoria conveniat ib.</i>	
<i>Cholera evacuatâ quid post agendum.</i>	153
<i>Chymiatrica usus commendatur.</i>	332
<i>Chymicorum sal prunella seu nitrum preparatum.</i>	90
<i>Colicus dolor quid 168. ejus causa ibid. causa Herme-</i> <i>ticorum 169. Colici doloris nomen 168. in co-</i> <i>lici doloribus an spiritus salis conveniat. ib.</i>	
<i>Columbarum sanguis an &amp; quomodo sigillationem o-</i> <i>cularum corrigat.</i>	78
<i>Columbis unde sit sal nitrosulphureus.</i>	73
<i>Columbarum caro bonum sanguinem generat 74.</i> <i>modus applicationis ib.</i>	
<i>Columbae ex accidenti tardiores sunt digestionis ib.</i>	
<i>Commendatio vitae Academica.</i>	334
<i>Commendatio problematum medicorum.</i>	336
<i>Consuetudo est altera natura.</i>	270
<i>Continui solutio quid.</i>	95
<i>Continui solutionem solum esse causam immediatam</i> <i>doloris.</i>	94
<i>Contusiones quomodo fuerint tractatae.</i>	344
<i>Cordis intemperies calida an semper refrigerantia in-</i> <i>dices.</i>	142

I N D E X.

*Cordis palpitatio causa an frigida vel calida.* 146  
*Cordis palpitatio ab utero per confectum orta an  
 medicamentis cordialibus communibus corri-  
 genda* 148. *in cordis palpitatioe an venae se-  
 ctio tentanda.* 145

*Cornu cervi crudum vel preparatum an sit praeferen-  
 dum in cura morbi Ungarici.* 9

*Cornu cervini apud veteres usus ib. hodie ejus no-  
 biliar usus.* 10

*Cornu cervinum sale abundat 11. ejus efficacia in  
 febr. malignis & putridis.* 10

*Cornu cervini natura & vires* 337. *ejus decoctum  
 optimè convenit in morbo ungarico.* 338

*Coryze vel catharro an & quomodo Nicotiana vera  
 conveniat* 85. *in coryza olfactus laesionem an se-  
 men nigellae manifestis vel occultis qualitati-  
 bus corrigat.* 81

*Cucurbitula cum scarificatione an in inflammatione  
 vesicae pubi affigenda.* 253

*Cydoniorum seminis mucilago an & quomodo linguae  
 nigredinem ex inflammatione corrigat.* 88

D.

*Defectus animi quid differat à syncope.* 135

*Delirium unde.* 36

*Diaria febris generatio.* 3

*in diariis an balnea convenient.* 2

*Diarrhoea quid* 173. *in diarrhoea num venae sectio ten-  
 tanda. ibid.*

*Diuretica quando convenient.* 244

*Diuretica an ad calculum vesicae frangendam ad-  
 hibenda.*

I N D E X.

<i>Bibenda</i> 243. <i>Diuretica an in frigida dysuria con-</i> <i>veniant</i> 252. <i>Diuretica an in lienis obstructi-</i> <i>bus præscribenda.</i>	226
<b>Dolor an sentiatur.</b>	96
<i>Dolor capitis an vomitu curandus.</i>	21
<i>Dolor an gravissimum tactus symptoma proprie ca-</i> <i>lidis &amp; humidis leniatur.</i>	91
<i>Dolorum causa inquisitio ibid.</i>	
<i>Doloris causa non est in medio.</i>	93
<i>Dolor sensibus accidit respectu organi.</i>	94
<i>Dolor non fit respectu objecti improporionati.</i>	92
<i>Doloris causa est ungi a continui solutio.</i>	94
<i>Dolorem improprio lenium stupefacientia.</i> 97. <i>de</i> <i>doloris causa sententia Hermeticorum ib.</i>	
<i>Dolor arthriticus an venesectionem indicet.</i>	98
<i>Dulcia nam concedenda iis qui vermibus intestino-</i> <i>rum laborant.</i>	182
<i>Dysenteria quid</i> 177. <i>ejus cause ibi d.</i>	
<i>Dysenterici internus ter. &amp; usus an conveniat ibid.</i>	
<i>Dysenteria cur acres humores in diarrhæa non in-</i> <i>troflucant ib. in dysenteria quid agendū ibid.</i>	
<i>Dysenteria tēpore cur plurimū valeat imaginatio.</i>	
—	
E.	329
<i>Ebrietas noxia</i> 30. <i>ex ebrietate caput gravatum an</i> <i>reiterata ebrietate curandum ibid.</i>	
<i>Eclegmatum usus an conveniat in tussi.</i>	101
<i>Empyema quid</i> 130. <i>unde fiat ib. in empyemate an la-</i> <i>teri incisio tentanda ibid.</i>	
<i>Epilepsia quid</i> 57. <i>causa proxima quenam ibid. causa</i> <i>qualitas maligna.</i>	51
<i>Epilepsia</i>	

I N D E X.

<i>Epilepsia nomina.</i>	56
<i>Epilepticis an ligni S. decoctum conveniat ibid.</i>	
<i>Excretorum exhalationibus cur insiciantur alijs.</i>	319
<i>Exercitium an conveniat mola laborantibus.</i>	174
<i>Elephantiasis an conducatur caro viperina.</i>	314
F.	
<i>Facultes tartari vitriolati.</i>	279
<i>Facultates animales cur in parturientibus &amp; praegnantibus debiliores.</i>	79
<i>Fetida quaedam cur conveniant in cordis palpitatione.</i>	150
<i>Famem &amp; sitim tollunt pilulae ex Nicotiana.</i>	87
<i>Febris quid 2. diariae generatio 3. intermittentium s. generatio 17. Febris haetica quid.</i>	24
<i>Febris accidens cur urina fuerit rubicunda.</i>	342
<i>Febris Vngarica est novae &amp; veterum.</i>	10
<i>in febribus putridis an vena secanda.</i>	7
<i>in febre ardenti an potio frigida utilis.</i>	14
<i>in febribus unde fit linguae nigredo.</i>	59
<i>Febris amatoria cur dicatur.</i>	277
<i>Ferri &amp; chalybis usus nam conveniat in jecoris &amp; lienis obstructione.</i>	199
<i>Flores Martis naturales.</i>	338
<i>Fluxus diuturnus haemorrhoidum an constringendus.</i>	184
<i>Formosiora semina excrementorum copia obnoxia</i>	277
<i>Fumus Nicotianae quid praestet.</i>	86
G.	
<i>Galli guttur crematum &amp; pulveri satum an proprietati quadam occulta sanet immunditatem.</i>	247
<i>Gangraena &amp; carbunculus an eandem curatiorem habeant.</i>	211.

I N D I X.

H.

<i>Hæmorrhagia quot modis fiat.</i>	83
<i>Hæmorrhagia narium an conveniat in peripneumonia.</i>	116
<i>Hæmorrhagia narium per jecoris epithemata an corrigi possit.</i>	53
<i>Hæmorrhoidū diuturnus fluxus an cōstringēdus</i>	184
<i>Hectici an victus contrariarum qualitatum præscribendus.</i>	24
<i>Hepatici quinam dicantur.</i>	190
<i>Hepatica affectionis causa, ib.</i>	(cia ibid.
<i>Hepatici frigidi an conveniant amygdala &amp; pistilla</i>	
<i>Hermeticorū opinio de mutatione vini in acetum.</i>	139
<i>Hermeticorum sententia de causa doloris.</i>	97
<i>Historia de somnambulone.</i>	339
<i>Historia singularis 358. alia</i>	359
<i>Historia cujusdam scorbutici 374. de templo D. Belini 304. alia ex Matthiolo historia.</i>	305
<i>de quibusdam somnambulonibus.</i>	351
<i>Hippocratica cum Hermeticis conjungenda sunt.</i>	333
<i>Humeribus turgentibus an tantum purgandum.</i>	185
<i>Humoribus qualis putredo conveniat.</i>	7
<i>Hydrophobie symptomata.</i>	303
<i>Hydrops an calefacientibus curetur.</i>	219
<i>Hydrops causam esse caliditatem ib. esse frigiditatem ib. ejus differentia 222. singularis dubitatio 221. materia aquosa quomodo distribuatur. 223.</i>	
<i>Hypochondriacam melancholiam an mesenterij obstructio generet.</i>	186

# INDEX.

## I.

<i>Icterus flavus quid 215. qualia purgantia conveniant.</i>	216
<i>in Ictero flavo num bilis purganda.</i>	<i>ib.</i>
<i>Icterus &amp; scorbutus differunt.</i>	217
<i>Icterus niger an eandem cum scorbutu curacionem habeat.</i>	16
<i>Jecur inflammationi cur obnoxium.</i>	209
<i>Jecoris vomica an extrinsecus aperiri possit.</i>	212
<i>Jecoris intemperies raro sine materia.</i>	179
<i>in jecoris inflammatione num purgantia cum cibis miscenda.</i>	209
<i>in jecoris inflammatione quando purgandum.</i>	<i>ib.</i>
<i>in jecoris &amp; lienis obstructione ferri &amp; chalybis usus an conveniat.</i>	199
<i>Ilei nomen 171. Ilei causa proxima <i>ib.</i> in Iliaco dolore an vinum conveniat.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Immiectio quid 247. Immiectio an gutture galli cremato &amp; pulverisato proprietate quadam occulta sanetur.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Immiectio an somniantibus citius accidat.</i>	248
<i>in immiectioe quomodo ledatur musculus</i>	247
<i>Imaginatio &amp; timor tempore dysenteriae cur plurimum valeat.</i>	320
<i>Judicatio curatoria quod suadet non semper perficitur.</i>	145
<i>Inedia admiranda 155. inediae hujus observatio 156. causa.</i>	157
<i>Inflammationibus quomodo succurrat spiritus vi-</i>	<i>vi-</i>

# INDEX.

<i>trijoli.</i>	164
<i>in inflammatione ventriculi an semper vena secanda,</i>	164
<i>Inflammationi vesicæ an cucurbitula cum scarificatione pubi affixa prosit.</i>	253
<i>Inflammationis vesicæ signa.</i>	ibid.
<i>in inflammatione renum qua vena secanda.</i>	236
<i>Ingeniorum diversitas unde</i>	36
<i>Intellectio inorganica.</i>	35
<i>in temperiei cujusq; certus gradus an constituat lucem veneream.</i>	309
<i>Intestina plurimarum morborum origo.</i>	167
<i>ischuria quid 250. in ischuria an &amp; quomodo oleum s. orpionum inunctum conveniat.</i>	ibid.
<b>L.</b>	
<i>Lac cur tabidi concedatur.</i>	25
<i>Lac in henteria utrum concedendum.</i>	175
<i>Lactis usus an exulceratione renum prescribendus.</i>	139
<i>Lactis diversitas diversis intentionibus inservit.</i>	240
<i>Lipidi generatio secundum spagyricorum opinionem.</i>	235
<i>Lethargus quid 39. in lethargo quid agendum.</i>	40
<i>in Lethargo castoreum an &amp; quomodo conveniat.</i>	39
<i>Lienosis an conveniat usus aceti</i>	228
<i>in lienis obstructionibus an diuretica prescribenda.</i>	225
	18



## INDEX.

<i>in lienis &amp; jecoris obstructione num ferri &amp; chalybis usus conveniat.</i>	199
<i>Tienteria quid 175. in licentia utrum lac concedendum.</i>	ibid.
<i>Ligni S. decoctum an conveniat epilepticis.</i>	36
<i>Lignum Guajacum cur concedatur.</i>	60
<i>Lingua nigredo in febribus unde</i>	89
<i>Lingua nigredinem ex inflammatione an &amp; quomodo macilago seminis cydonicorum corrigat.</i>	83
<i>Lingua primum vocis organum.</i>	102
<i>Lingua quomodo vocem formet.</i>	ibid.
<i>Lues venerea an sit intemperies calida &amp; sicca</i>	308.
<i>an non sit morbus sed causa morbi.</i>	309
<i>Lues venerea &amp; morbus totius substantie.</i>	310
<i>Lue venerea corruptis an conveniat sanguinis mis-</i>	
<i>sio.</i>	308

## M.

<i>Martin balsamus</i>	204
<i>Martin flores naturales</i>	338
<i>Materia peccans in colicis doloribus cur potius articulos quam alias partes petat.</i>	53
<i>Mauritanis cur innoxius &amp; frequens usus opij.</i>	268
<i>Medicus rationalis an in curatione melancholicorum usum characterum &amp; admirationes ridiculas concedere debeat.</i>	61
<i>Medicorum problematum commendatio</i>	336
<i>Medicamentum purgans an peste corruptis prescribendum</i>	294
	<i>Medi-</i>

INDEX.

<i>Medicamenta quaedam manifestas &amp; occultas qualitates possident.</i>	250
<i>Mel saccharo praeferendum</i>	6
<i>Mellis caliditas cur non noceat</i>	ib.
<i>Melancholia quid &amp; melancholia triplex.</i>	ib.
<i>Melancholiam hypochondriacam an obstructio me- senterij generet.</i>	186
<i>Menses an movendi mulieribus sputo sanguinis labor- antibus.</i>	123
<i>Mensium obstructio praecipua causa morbi virginici.</i>	273
<i>Menstrua praeter naturales excretiones 258. observa- tio propria.</i>	259
<i>in menstruorum suppressione an &amp; quomodo vena secanda.</i>	257
<i>Mola quid 292. mola laborantibus an exercitium conveniat.</i>	292
<i>Morbos innominatos dari.</i>	276
<i>Morbi totius substantiae</i>	294. 297
<i>Morbi gallici origo.</i>	308
<i>in morbo gallico quae nam pars afficiatur.</i>	210
<i>Morbus gallicos est morbus totius substantiae.</i>	382
<i>In morbi Vngarici cura quid praeferendum. 9.</i>	333
<i>in morbis manifestis frustra quaeruntur remedia occulta.</i>	82
<i>Morbus virgineus quid 277. ejus symptomata 278. cur febris alba vocetur 277. cur febris amatoria. ib.</i>	
<i>Morbi virginici causa praecipua mensium obstru- ctio.</i>	278
<i>Morbus convulsivus epidemius.</i>	323
<i>Mor-</i>	

INDEX.

Morsus canis rabidi morbus totius substantiæ	302
Mulier utero gerens acuto morbo correpta an purgan- da.	283
Mulieres præ viris cur morboſa	256
Mulier quedam abhorruit ab aceto, observatio.	362
Musculus in immittione quomodo ledatur.	247

N.

Narcotica proprietates quomodo corrigatur.	266
Narium hæmorrhagia per jecoris episthemata an cor- rigi possit.	83
Nervi non sunt extremitates arteriarum	52
Nicotianæ nomen & ejus vires.	ididem
Nicotiana vera & quomodo catharro vel coryzæ con- veniat.	ididem
Nicotianæ pulvis quomodo sit usurpandus.	86
Nicotianæ sumus quid præstet.	ibid.
Nicotianæ pilulæ contra sitim & famem sunt.	87
Nicotiana vim somniferam obtinet 16. quomodo	
Nigella semen quomodo olfactum corrigat.	81
Nigredo lingue in febribus unde	79
Nigredo lingue quomodo corrigatur.	88

Nitrum preparatum seu sal prunelle chymicorum.	90
Noctambulones cur præsent admiranda.	43
Noctisurgij causa.	44

O.

Observatio de membrum refrigeratis	327
Obstructio mesenterij an melancholiam hypochondri- acam generet.	156
Obstructio mensium præcipua causa morbi virgi- nei.	278

Obstru-

I N D E X.

Opium potius calidum quam frigidum	278
Opium habere diversas qualitates aliorum assertio.	264
Opium cur narcoticum	265
Opium acetum correctivum	267
Opium cur stupefaciat & sudores moveat	266
Opium usus cur innocuus & frequens in Mauritania.	263
Opium narcotica an convenient in fluxu mensesum nimio.	263
Organi respectu accidit sensibus dolor.	94
Origo morbi Gallici	308
Οξυπνοια 113. ejus causa communis.	ibid.
Oxycyaco ebibito an vehemens sitis compescenda.	163
Oxymel an in synocho non putri prabendum.	5
P.	
Palmarum alexipharmacum usus	306
Palpitatio quid 145. in palpitacione cordis an venasecanda. ibid. non convenit.	147
Palpitacionis cordis causa an calida vel frigida.	146
Palpitatio cordis ab utero per consensum orta an medicamentis cordialibus communibus corrigenda.	148
Paralysis quid.	50
Paralysis post colicos dolores unde	52
Paralysis post colicos dolores subsequens an curetur curato nervorum principio.	50
Paralysis quomodo post colicum fiat 54. curatio ib.	
Παρωχαισθησις num in asute tentanda.	222
Paroxysmi tempore an in exquisita tertiana somnus concedendus.	17
	Post

# INDEX.

<i>Poſt Partum cur exacerbatio ſymptomatum intermiſerit.</i>	377
<i>Peripneumonia quid.</i>	116
<i>in peripneumonia varium hæmorrhagia an conveniat.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Pectoris ſectio an conveniat.</i>	132
<i>Peſte correptu an purgans med. præſcribendum</i>	294
<i>de peſte cur multi ſcripſerint.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Peſtem ad manifeſtas qualitates pertinere, errant multi.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Peſtis eſſentia non conſiſtit in putredine</i>	296
<i>Peſtis eſt morbus totius ſubſtantia.</i>	297
<i>in peſte an vena ſecanda</i>	301
<i>à peſte an præſervet amuletum ex arſenico</i>	323
<i>Peſtilentialiſp̄ſimus quid 323. ejus indicationes curative.</i>	325
<i>Pbrenitiu quid 36. in pbrenitide an repellentia alia frigida ſunt adhibenda.</i>	35
<i>Phthiſis curatio difficilis.</i>	127
<i>Phthiſis præpire dicta 126. an ſit curabilis.</i>	<i>ib.</i>
<i>Phthiſis an ſaccharum roſarum conveniat.</i>	126
<i>Pica prægnantium quid 280. an eodem modo curetur ut in alijs <i>ibid.</i> cur etiam temperati prægnantibus accidat.</i>	281
<i>Pilule ex Nicotina contra ſitum &amp; ſanem.</i>	87
<i>Piſtacia &amp; amygdala an hepaticis frigidis conveniant.</i>	196
<i>Pleuritiu quid 120 ejus ſigna.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Pleuriticu an &amp; quomodo vena ſecanda 118 quam ſit ſecanda.</i>	120

INDEX.

<i>Potio frigida an in febre ardente utilis.</i>	14
<i>Pregnantibus an vena secanda 236 quando &amp; quomodo</i>	257
<i>Pregnantibus quadam sanguinis copia abundat.</i>	283
<i>Pregnanti graviter decumbenti an liceat abortum provocare.</i>	289
<i>Pregnantibus debiliores sunt facultates animales.</i>	79
<i>Problematum medicorum commendatio.</i>	336
<i>Prunella sal chymicorum seu nitrum preparatum.</i>	90
<i>Pubi an affigenda cucurbitula cum scarificatione in inflammatione vesicæ.</i>	253
<i>Pueri cur fontico malo obnoxij.</i>	59
<i>in Puerperâ tinnitus aurium cur frequens symptoma.</i>	78
<i>Pulvis Nicotianæ quomodo usurpandus.</i>	86
<i>Purgentia num in inflammatione jecorû cum cibis miscenda.</i>	209
<i>Pus quomodo evacuetur inferius &amp; superius</i>	131
<i>Putredo qualis humoribus conveniat</i>	7
<b>Q</b>	
<i>Qualitates occultæ dantur</i>	81
<i>Quartana quid 23. an theriaca concedenda in quartana.</i>	22
<i>Quotidiana an detur 20. an huic aloes præscribatur, ib.</i>	
<b>R.</b>	
<i>Remedia occulta frustra queruntur in morbis manifestis.</i>	82
	<u>Remedia</u>

## INDEX.

Remedium optimum sal in syncope.	362
Renum officium	230
in renum exulceratione an lactu usus praescriben- dus.	239
Renum exulcerationis cause.	ibidem
Renum ulcerum an curatio generalis.	ibid.
Renum calculo an spiritus terebintinae conveni- ens.	232. 235.
in renum inflammatione quenam vena secanda.	236
Renum viscidis obstructionibus an succini sal & oleum praescribendum.	241
è renibus an semper habeat rudimentum calculus vesicae.	244
Repellentia actu frigida an in pleuritide adbibenda	35
Requisita sensationis.	92
Revulsio quomodo fiat ab utero.	262

### S:

Saccharo an mel praeserendum	6
Saccharum rosarum an conveniat phthisicis	126
Sal nitrosulphureus in columbis unde.	73
Sal optimum remedium in syncope	362
Sal prunella Chymicrū seu nitrum preparatū.	90
Sals an abundet cornu cervinum &c. ejus virtutes.	ibid.
Sanguis columbarum an & quomodo sugillationem oculorum corrigat.	72
Sanguinem bebim generat caro columbarum.	74

# I N D E X.

<i>in sanguine nuda oriatur tartarum.</i>	99
<i>Sanguis an semel vel partium viisbus extrahendus</i>	112
<i>Sanguinis expulio periculosus affectus</i>	123
<i>Sanguinis infusio an conveniat lue venerea correptis.</i>	308
<i>Sanguis cur non statim putrescat.</i>	5
<i>Sanguis an educendus ad animi usque deliquium.</i>	3
<i>Sanguis superfluus cur per utrum expurgatur.</i>	257
<i>Sanguis menstruum an alius ab eo, quo factus nutritur.</i>	257
<i>Sanguis an mittendus in uteri suffocatione.</i>	200
<i>Sanguis quando &amp; quomodo pregnantibus mittendus.</i>	287
<i>Scylla acrimonia quomodo corrigatur.</i>	169
<i>Scorbutus &amp; ilterus niger differunt 217. an horum eadem sit curatio.</i>	ibid.
<i>Scorbuti signa 246. ejus curatio</i>	370
<i>Scorbuti confirmati signa 249. Descriptio ejus.</i>	370
<i>Scorpionum icterus respectu similitudinis innuncto oleo scorpionum an curetur 326. observatio propria, ibi.</i>	ibid.
<i>appropriata remedia.</i>	ibid.
<i>Semen nigelle an manifestis vel occultis qualitatibus corrigat ol factus lesionem in coriza</i>	51
<i>Sensationum requisita.</i>	92
<i>Sensibus dolor accidit respectu organi</i>	94
<i>Sensus ille so motu &amp; motus ille so sensu cur sepius pereat.</i>	92
<i>Sensu externi non agunt sine cerebro.</i>	65



I N D E X.

<i>Inter sensuum organa cur primùm de oculis agatur.</i>	ibid.
<i>Setaceum praefertur cantherio.</i>	67
<i>Setacei frigidi modus</i>	69
<i>Siccitas sola an faciat asthma</i>	113
<i>Situm vehementer ex exacerato bibito compescenda.</i>	161
<i>Situm &amp; famem tollunt pilulae ex Nicotiana</i>	17
<i>Signa inflammationis vesicae.</i>	254
<i>Solutio continui quid 95. causa est doloris immediata</i>	94
<i>Somnus quid 42. somnus perfectus &amp; imperfectus.</i>	16
<i>Somnus naturalis an differat à praternaturali.</i>	39
<i>Somnus an tempore paroxysmi in exquisita tertiana concedendus.</i>	17
<i>Somnambulantibus an convenient verbera in ambulando</i>	48
<i>Spasmus pestilentialis an eandem cum scorbutico curationem habeat 323. ejus causa antecedens 324. indicationes curativae.</i>	325
<i>Spiritus salis virtus.</i>	170
<i>Spiritus theriacalis an in calculo renum conveniat.</i>	230. 235.
<i>Spiritus vitrioli quomodo succurrat inflammationibus 161. an &amp; quomodo dejectam appetentiam corrigat.</i>	154. 159
<i>Stranguriae causa 245. quomodo generetur ex recentis cerevisia.</i>	248
<i>in stranguria quo tempore aromatici utendū. ib.</i>	
<i>supra ceteras scorbutica &amp; Gallica differunt.</i>	381
<i>Stupefacientia in proprio dolore leniant.</i>	97
<i>Od 2</i>	<i>quici-</i>

# INDEX

<i>Succinum quid 247, ejus preparatio spagyrica.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Succini sal &amp; oleum an prescribendum in reum viscidu obstructionibus</i>	241
<i>Sudor Angelicus quid 321. remedia ejus</i>	<i>ibid.</i>
<i>Sudores cur moveat opium</i>	266
<i>Suffocatio uteri quid 271. ejus causa</i>	<i>ibid.</i>
<i>Suffusio oculorum quid 75. an per vomitionem cu- randa.</i>	<i>ib.</i>
<i>Sugillatio quid.</i>	72
<i>Symptomata hydrophobie.</i>	303
<i>Syncopes quid 134. huic an acetum rosaceum conveni- at.</i>	<i>ibid.</i>
<i>quid differat à defectu animi.</i>	135
<i>Syncope causa ib. in syncope unde sudores frigidi.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Syncopes remedium urina ob salsam substantiam.</i>	360
<i>de Syncope per imaginationem aborta observatio.</i>	362
<i>in Synocho non patri an oxymel prabenium.</i>	8
<b>T.</b>	
<i>Tabidii cur lac concedatur.</i>	25
<i>Tartarum in sanguine unde oriatur.</i>	99
<i>Tartarum vitriolatum an conveniat in morbo vir- gineo 276 ejus facultas.</i>	279
<i>Tenesmus quid 180. ejus causa ibid. in tenesmo an in- terdum purgandum.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Tertiana exquisita quid 17. notha quid.</i>	19
<i>Tertianæ nothæ an decoctum absinthij conveniat.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Therebintina</i>	

I N D E X.

<i>Therebintina spiritus an in calculo renum conveniens.</i>	230. 235
<i>Timor an tempore dysenteriae plurimum valeat.</i>	320
<i>Tinnitus aurium quale Symptoma 75. cur in puerperii frequens.</i>	ibid.
<i>Tumor omenti an curabilis.</i>	192
<i>Tumoris in omento generati causa.</i>	364. 366
<i>de Tumore omenti observatio.</i>	365
<i>Tussis definitio.</i>	107
<i>Tussis pulmonum &amp; pectoris affectus.</i>	107
<i>Tussis cui subjecto tribuenda.</i>	106
<i>in Tussi an conveniat frequens usus eclegmatum.</i>	105

V.

<i>Vapor malignus peccans qualis sit 272. an dependeat à sola refrigeratione.</i>	ib.
<i>Vena an secanda in febris putridis 7. in peste.</i>	301
<i>Vena quam in inflammatione renum secanda. 236 an poplitica vel malleoli 237. cubiti ib.</i>	
<i>Vena sectionem an dolor Arthriticus indicet.</i>	98
<i>Vena an &amp; quomodo secanda in suppressione mensium.</i>	257
<i>Vena sectionem cur virium imbecillitas interdum permittat.</i>	273
<i>Vena an secanda pregnantibus.</i>	236
<i>Vena sectio an in pregnantibus purgatione tutior.</i>	219
<i>Vena sectio an tentanda in principio angine.</i>	109
<i>Vena an &amp; quomodo Pleuriticis secanda 112. quænam.</i>	120

I N D E X.

<i>Venaesectio an tentanda in cordis palpitatione</i>	145
<i>non convenit.</i>	147
<i>Vena qualitatibus oculis agere.</i>	294
<i>Venus ad Al, syñ ut dicatur.</i>	12
<i>Venera lues an sit intemperies calida &amp; sicca.</i>	305
<i>Venera lue correptis an conveniat sanguinis mis-</i>	
<i>sis. ibid.</i>	
<i>Vermes unde generantur. 132. an in ventriculo.</i>	183
<i>Vermibus intestinorum laborantibus non conveni-</i>	
<i>unt dulcia.</i>	182
<i>Vertigo quid 32. eius proxima causa specifica natu-</i>	
<i>ra 34. in Vertigine an vena secanda.</i>	32
<i>Vertiginosis per vires sanguinis amittitur.</i>	35
<i>Vesicae officium.</i>	234
<i>Vesicae calculo frangendo an diuretica prosint.</i>	243
<i>Vesicae calculus an semper ex renibus rudimentum</i>	
<i>habeat.</i>	244
<i>Vesica inflammata. an cucurbitula cum scarifica-</i>	
<i>tione pubi affigenda.</i>	253
<i>Vesicam inflammari posse ibid. inflammationis si-</i>	
<i>gna.</i>	254
<i>Vitius contrariarum qualitatum an bectici praescri-</i>	
<i>bendus.</i>	24
<i>Vinum hysterici an conveniat.</i>	274
<i>Vini mutatio in acerum secundam Hermeticos.</i>	139
<i>Vinum an &amp; quo tempore in appetitu canino ex-</i>	
<i>hibenda.</i>	161
<i>Vinum an conveniat in dolore iliaco.</i>	171
<i>Viperinam carnem antiqui commendant.</i>	314
<i>De Vipere singularia observatio.</i>	317

# I N D E X.

<i>In Viperarum carnibus esse alexipharmacum.</i>	318
<i>Viperina caro an conducat elephantiasi</i>	314
<i>Vitrioli spiritus an &amp; quomodo dejectam appetentiam corrigat.</i>	154. 159
<i>Vitrioli spiritus quomodo succurrat inflammationibus.</i>	161
<i>Vitriolati tartari facultas.</i>	279
<i>Viri juvenes cur expuitione sanguinis etiam laborarent.</i>	124
<i>Vomica jecoris an extrinsecus aperiri possit.</i>	212
<i>Vomitus an asthmaticis prosit.</i>	213
<i>Vomitu an dolor capitis curandus.</i>	21
<i>Vomitum non convenire ibid.</i>	
<i>Vomitus an singulis mensibus conveniat.</i>	32
<i>Vomitoria an convenient in cholera.</i>	152
<i>Vox rauca unde.</i>	101
<i>Vocis asperitas an aceto sylvestico corrigenda ib.</i>	
<i>Urinae stultidum an per aromatica assumpta corrigendum.</i>	249
<i>Urina, remedium synopes ob salsam substantiam,</i>	363
<i>Vsus aceti an lientosis conveniat.</i>	228
<i>Vsus cere internus an dysentericis conveniat.</i>	177
<i>Vsus chymiatrica commendatur.</i>	332
<i>Vsus cornu cervini apud veteres.</i>	9
<i>Vsus lactis in expletatione renum an praescribendus.</i>	239
<i>Vteri suffocatio quid 271. ejus causa ibid.</i>	
<i>in Vteri suffocatione an sanguis mittendus.</i>	270
<i>Vulnera thoracis an quamprimum, ut alia, consolidanda.</i>	151



## Ingenuo lectori.

S.

**V**T aliàs humanum est errare: sic facili-  
mum typographo, maximeq; negligenti.  
σφάλματα proinde non pauca sub hujus  
opusculi festinato partu intercurrisse non  
tam, benevole lector, admiraberis, quàm,  
quæ temporis breuitas eliminare non permi-  
sit, pro candore tuo haud gravatim emen-  
dabis. Quod, ut facias, rogatus  
fave, ac Vale.

**F I N I S**



